


4916

44
209







VERITAS PRO MODESTIA. OPVSCVLVM.

Scilicet, tendens in veritatem sententiae, vsque^m
modo amplexæ, roboratæq; in Ecclesia Ca-
tholica, vniuersaliter in re, pro modestia
colēda, & vanitate ornatus promiscui,
integri, vel scissurati, extirpanda; licet
vniuersalitas in voce obscuretur,
aliquibus extimantibus, Do-
ctores non vniuocos quo-
piam adesse.

A FRATRE
IOANNE RICHELME
MINORVM,

Beticæ almae Prouincia minore, Sacrae Theologiae
Lectore, & S. Inquisitionis Qualificatore,
elaboratum.

వీడ్‌వీడ్‌వీడ్‌వీడ్

NEAPOLI, Apud Carolum Porfile 1685.
Superiorum permisso.



ILLVSTRISSIMO DOMINO
D. FRANCISCO NICOLAO
DE SYLVA,

*S. Petri Comiti, Diui Iacobi Equiti, totiusq;
Seraphicæ S. P. N. Francisci Religio-
nis Apostolico Syndico, &c.*


 Vm VERITATE, &
MODESTIA, cui aptius
VERITAS PRO MO-
DESTIA poterat con-
secrari, quam tibi, Co-
mes Illustrissime, qui VERITATEM
ità colis, vt quidquid ad Deum, qui
SVMMA VERITAS est, non con-
ducit, mendacium arbitreris; MO-
DESTIAM autem ità diligis, vt vndè

multi superbiunt (ex donis nempè
virtutis , naturæ , fortunæque quibus
polles) indè humanior, modestior in-
dè euadas . Hinc meritò , hinc veraci-
ter nobilis absque elatione, diues absq;
auaritia , absque præsumptione pru-
dens , absque affectatione pius , vnico
verbo, absque vlla iactantia verax , di-
gnusque præclaræ Syluæ Ramus à
cunctis acclamaris . Quod si talis à
VERITATE certa prædicaris, ab exi-
mia MODESTIA institueris, VERI-
TATEM pro MODESTIA cōcinnè
tibi dicari quis non videat ? Quid am-
plius ? VERITAS , si te S. Petri Illu-
strissimum Comitem dicit, VERITA-
TIS huius MODESTIA in vasallos
Protectorē, immo Patrem te prædi-
cat . Si VERITAS, Diui Iacobi Equi-
tem te professum declarat, VERITA-
TIS huius MODESTIA virtutum

gla-

gladium ad debellanda vitia exercen-
tem te explicat. VERITAS , si te Mi-
noritanæ Religionis Generalem Syn-
dicum confitetur , VERITATIS hu-
ius MODESTIA Benefactorem , A-
micum, & , vt ita dicam , filiorum Pa-
triarchæ Pauperum amantissimū Fra-
trem profitetur. Iure igitur VERITAS
PRO MODESTIA tuo debet No-
mini, Patrocinio , Auxilio consecrari,
maximè à Minorum minimo, quem si
VERITAS innumerabilium benefi-
ciorum tibi debitorem constituit, MO-
DESTIA tua, nè tuis longiorem texat
sermonem laudibus, tacere iubet. Va-
le , Illustrissime Comes , cuius debito
gratitudinis, stimuloque amoris, ac ge-
nij in veritate sum, & quamdiu vixero
semper ero.

Addictissimus ; & deuotissimus Servus
Frater Ioannes Richelme.



Ad Lectorem.

PRIMO quidem de Operis titulo Lectorem nostrum admonere opus erit; is quidem Veritas pro Modestia non est, ut videri possit nimis audacter usurpatus, & ut in quemquis offendat. Ea enim opinio vera apud nos dicitur, quam nos talem existimamus, ac non incongruis rationibus comprobamus, quidquid sit, alias aliter sentiat. Et hoc melius, quam in hoc tractatu euinci nequit: quem proculdubio affirmare possumus, Veritati proprius accedere, ut potè valde consonum prima, ac Romana Ecclesiæ regulis, & præcipue eiusdem Supremi, omniumque Ecclesiarum Antistitis regnantis D. N. Innocentij XI. ceterorumque insignium pietate, ac doctrina Prelatorum Constitutionibus. Ecce ergo piissime Lectio omnia tractabilia in materia de ornatu, integro, vel scissurato, seu excollato praesentia. Scripturas Sacras, Canones, Iura, Glossas, Cœcilia universalia, Provincialia, Edicta, Censuras, Reuelationes admissas ab Ecclesia. Sætios eius Patres, & Doctores, Auctores antiquos, & modernos, rationes probantes, & argumenta soluta, includentia, nunquam talibus labore, expressione, claritate, & legalitate

te

te distincta, examinata, coadunata, & uniuocata,
edita: auctoritatesque Doctorum, communiter la-
tas, multasque aliorum, nondum allegatas, in pro-
prijs ipsorum operibus reuisas, & ex visceribus eo-
rundem doctrinae intelligentiam oriundam extra-
ctam, inuenies. Non mihi laboravi, sed tibi; non
intendens aut presumens, numerum librorum, aue-
opinantum augere (ut latius in primo discurse
fatebor) non meum, sed tuum fixum, & pium faci-
litans iudicium; tribuens materialia desiderabili-
ta, ordinatè distributa, ut illud construas; & vi-
sis, secundum Deum, illis, quibus nituntur aliquot
Theologi, qui mortiferam malitiam altuum, circa
dictam materiam, discordes Auctores assignantes,
opinabilem credunt; & admissa, aut seclusa opini-
one, cum claritate possis tuam, aliasue animas,
ad veritatem, & securitatem manuducere. Et quā-
uis aliquoties in opusculo ad rationem deueniam,
non eo curaui propriam mentem aperire, sed te-
xiuum, vel Doctorum, amplius, & expressius, pon-
dus, & efficaciam prouocare, ut extensus, & abū-
dantiū clarescat veritas; ideo ratio si adest non
mea, sed illius, à quo deducta erit; meum autem
magis nihil fuit, quam legere, & tibi, tali methodo
tradere: quare licet non sit ponderosè, aut rectè il-
latum, quidquid ex me proferam, non ideo vitiat
intentum, & laborem, qui potius ad tuam illatio-
nem deseruit. Ex omnibus verò traditis, mihi tan-
tum infero, ornatum pretiosum, & nouitate simile
extraneum, vel excessuum alicui, vel superfluum
culibet, & fœmineam ex collaturam, materia-
parua seclusa, esse lethalem ubique, & præcipue in
Hispania, nullam etiam contrariam esse opinionē,

Auctoribus usque modo ; quasi oppositis existimatis, eorumque doctrinis literaliter depromptis, bene attentis, præsertim Caietano qui Patronus opposite opinatiū refertur ; & ideo eius doctrinam, cū Angelica, in omnibus attuli ; quod melius ex dicendis examinabis. Si autem ad conciones morales, multas occurrentes doctrinas (& passim de probabilitate, & usura, formalique transitu de veniali peccato ad mortale) velis laborem, & zelum reducere, & proximos ad Patriam conducere, copiosis auctoritatibus, & rationibus abundabis. Si denique plures defectus materiales, seu formales annotaueris, mihi faciliter tribue. Si autem quid utile, Deo. Vale.



Cen-

*Censura Adm. R. P. F. Didaci Moreno ExPro-
vincialis Provinciae Beticæ Ordinis
Sancti Augustini.*

EX obedientia, quam libentissimè præstiti,
tractatum istum legi, de ornatu integro;
l. scissurato, seu excollato, Auctore Reu. Adm.
P. Lectore Fratre Ioanne de Richelme, ex perili-
lustri Seraphica Familia, nunc in Conuentu Vr-
sonensi dignissimo Præsuli, in quo probat or-
natum preciosum, & simile nouum; l. excessiuū
alicui; l. superfluum cuilibet, & fœmineam ex-
collaturam, materia parua seclusa, esse lethale-
m, & præcipue in Hispaniam: & tota animi
attentione perlegi tam sapientissimum labo-
rem, in quo censorię virgulę nihil; laudis autē,
& admirationis multa digna reperi: & cum
ex onere mihi imposito tenear, quid sentiam
pleniū, ac planiū aperire; laborabunt silentia,
nē modestiam Auctoris à me præcognitam of-
fendam, laudabo tamen illum, quia tam sancta
fatigatione, qæstionem acritèt à multis ex-
agitatam religiosa pace in refutandis aduersa-
riorum opinionibus, efficaciam cum amicitia
componit: multa namque continet tractatus
iste, quæ antiqui clara voce non intonarunt,
multa namque, multa etiam, quæ recentiores
(nescio vtrum à casu; l. à consilio præterfu-
gère:) in illo namque solidam doctrinam Pa-
trum, & Doctorum, auctoritate munitam inue-
nio, & neruosis argumentorum momentis, va-
li-

lidissimè comprobata, & stabilitam reperio,
(quidquid clamitet iudicium contrarium) &
in illo nil deprehendisse testor Fidei Catholicae
dissonum ; ob quod non carpendum est Auctor,
sed laudandus, non rigidus Censor stimandus,
sed adamussim veritatis indagator prædicandus,
ut dicamus cum Eritio . Ignotus esse non
potes, qui sic scribis , ut stylum , ita pectus tuum vi-
deo. Ideò magna congratulatione ab omnibus
tractatus iste suscipi debet , siquidem commu-
nis utilitas in illo clarescit, & ad reformationē
adhuc in futurum valde conducit , ut dicam
cum Gersonio : Scriptor lucem sequitur, veritatem
tradit , & eam præsentibus , & futuris administrat ;
Vt in am ita sit, ut ab Hispania nostra talis usus,
potius abusus extirpetur , & victoriā decan-
tet modestia, quantumvis ploret vanitas, & ma-
litia . Sic sentio in isto Conuentu Gaditano
S.P.N. Augustini, mense Decembri, die quin-
decima anni millesimi sexcentesimi septuagesi-
mi octauii.

Mag. Fr. Didacus Morenus.

Censura Adm. R. P. F. Ludouici à Ribera Ex Mi-
nistri Provincialis Provinciæ Betice Minorum
Obseruantium Lectoris Inbilati , &
Sancti Officij Qualificatoris.

Commissum mihi de mandato Nostri Re-
uerendissimi Patris Fr. Marci à Zarzosa

Le-

Lectoris Iubilati, & Commissarij Generalis totius Ordinis Seraphici P. N. S. Francisci in hac Familia Cismontana, hoc tractatum inscriptū. *Veritas pro Modestia*, scriptumque per R.P. Fr. Ioannem Richelme in hac Minorum Prouincia Betica, sāpē Moralis Theologiæ Lectorem, Ex-Guardianum, & Qualificatorem Sancti Officij, perlegi, & tam iucunda approbatione, admirationeue, prosecutus fui, ut crisim in pane-gyrim vertere cogitauerim: & quia vndique laudandum duxi, à quatuor suis causis commendare conabor.

A fine, qui non vanitas, aut nouitas, sed veritas est, imò veritas modestiæ coniuncta, ut tanta honestate pulchrior, totum hoc opus honestet, & nobilitet, vti ad finem expectat sententia Philosophum, & iuxta Euangelicum illud: *Si oculus tuus simplex est, totum corpus tuum lucidum erit.* Nec cuilibet materiæ, sed modestiæ vestiū federata, nām veritas nuda, his vitreis sāculis ingratissima est: præsertim circa muliebrem ornatum, qui, vt potè fictis, & fictionibus exorbitans, veritatis est inimicissimus. O quam dignum detestari à Ministris Christi! & quam congruum, dum circumcisionem, quam deberent cordibus, vestibus accommodant, illud Prophetæ auribus impudicarum inserere: *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra!*

Ab efficiente, siue Authore: nām æquum est, ut tractent fabrilia Fabri. Et quidem vix iste, non solum totus est in excolendo Theologiam

Mo-

Moralem ; verum inter alias virtutes , quibus
mens eius religiosè ditescit , modestia ità co-
ruscat , *Vt nota sit omnibus hominibus*, ad Aposto-
li placitum.

A. forma similiter commendandus est hic
tractatus, quia methodo , ab argumentorum
soliditate,& angustia, à distributione, & clari-
tate speciosus forma non incongruè cognomi-
nari posset. Et nè incidat in foueam , quam fa-
cit, vel vitium, quod exulare cupit, incurrat; nō
speciositatem formæ pictam, rhetoricae affecta-
tam, & quasi femineam, sed virilem, neruofam,
& simplicem ostentat.

Nè demum à materia ! quæ Scripturarum,
Patrum, Conciliorum, Doctorum, Reuelatio-
num, atque totius eruditionis opportunæ con-
geries est, cum &ta desiderabilia huic edillerendæ
difficultati continens, vt pius Lector, quæ ma-
terialia diuersis libellis vagari nouerit, forma-
liùs , & abundantiùs in hoc uno libro fruatur.
Cui illud Claudiani notum est : *Quæ singulos*
diuisa cernent collecta tenes. Hinc sentio, posse, ac
debere tradi communi luci, vt fidei consonum,
moribus, & præcipue honestati, valdè profi-
cum. Saluo, &c. Et in hoc Collegio S. Bona-
uenturæ, &c.

Frater Ludouicus de Ribera?

Fr.

*Fr. Marcus Zarzossa Lector Iubilatus, Commissarius Generalis, & Seruus Seraphici Ordinis
S.P.N. Francisci, in hac Familia Cismontana,
&c. Dilecto nobis in Christo P. Fr. Ioanni
Richelme Lectori Sacrae Theologie, &
Sanctæ Inquisitionis Qualificato-
ri, salutem.*

CVM opus à te elaboratum, cuius titulus:
*Veritas pro Modestia. Theologi, quibus
commissa est censura, recognouerint, typis di-
gnum esse censuerint: hinc præsentium tenore,
cum meritò salutaris obedientiæ, facultatem
tibi impertimur, ut præfatum opus, in mode-
stia defensionem, & fidelium temperantiam,
prælo tradere possis, obseruatis in reliquo ob-
seruandis. Datae in nostro Conuentu S. Franci-
isci Hispalensi. die 20. Decembris. Anno Domi-
ni 1682.*

*Fr. Marcus Zarzossa
Commis. Generalis.*

*De mandato Suæ P. Reuerendiss.
Fr. Iosephus à Valuerde
Secr. Generalis Ordinis.*

Licentia Ordinarij Neapolitani.

Dom. Canonicus Sanfelicius reuideat, & in scriptis referat. die 20. Iulij 1685.

Franciscus Verde Vic.Gen.Capit.

REVERENDISS. DOMINE.

Opus præsens, cui titulus, *Veritas pro Modestia*, ad argendum, nimis adeo insole-
scentis muliebris peruicacię luxum, tan-
quam pharetram expletissimam, germanæ, so-
lidæq; doctrinæ iaculis exornatam, à Reu. P. Fr.
Ioāne de Richelme Ord. Min. diserto calamo,
doctioriq; stylo conscriptum, accurate perlegi;
& cum nil omnino Fidei Catholicæ, bonis mo-
ribus, probabilioriq; DD. sententiæ aduersari
censeatur. Quin immò SS. D. N. Innocentij XI. sic
valdè consonum voluntati; Idcirco ad publi-
cam legentium utilitatem imprimendum du-
xi, si ita Dominationi Tuæ Reuerendiss. videbi-
tur. Ex nostra Cathedrali Neapolitana. Pridie
Kalendas Octobris 1685.

Dominationis Tuæ Reuerendiss.

Addictissimus Seruus

*D. Antonius Sanfelicius S. Metrop. Eccles.
Neap. Canonicus Card. Librorum Censor.*

Stante supra scripta relatione, Imprimatur,
die 1. Octobris 1685.

Franciscus Verde Vic.Gen.Capit.

EC.

EXCELLENTISS. SIG.

Carlo Porfile publico Stampatore in questa Città di Napoli , supplicando espone à V.E. come intende di dare alle Stampe vn libro , intitolato *Veritas pro Modestia*, del Padre Fra Gio:de Richelme de' Minori Osseruantì di S.Francesco , per tanto supplica V. E. à restare seruita ordinare la reuisione di esso à chi parerà à V.E. vt Deus.

Reu. P. Fr. Io: à Cruce renideat, & in scriptis referat.

Carrillo R. Soria R. Miroballus R.
Iacca R. Prouenzalis R.

Prouisum per S.E. Neap. die 24. Septembris
1685.

Mastellonus.

EXCELLENTISS. DOMINE.

I Vissu Excellentiae Vestrae perlegi librum , cuius titulus : *Veritas pro Modestia*, ab Admodum Reu.P.Fr.Ioanne Richelme, Prouinciae Reg. Minorum Osseruantiae Beticæ , Prædicatore, Sacrae Theologiæ Lectore , S.Inquisitionis Qualificatore conscriptum.Nihilque in eo Regiæ

giæ Iurisdi^cioni, & bonis moribus dissidium
inueni ; Imò pro præsentis temporis luxu per-
necessarium : Imprimi posse (si Excellentia^e Ve-
stræ videbitur) reor , in hoc Conuentu Sanctæ
Luciæ de Monte , die 10. mensis Nouembris
1685.

*Humillimus, & addic^tissimus Seruus
Fr. Ioannes à Cruce.*

*Visa retroscripta relatione , Imprimatur , &
in publicatione seruetur Regia Prag-
matica.*

Carrillo R. Soria R. Miroballus R.
Iacca R. Prouenzalis R.

Prouisum per S. E. Neap. die 29. Octobris
1685.

Mastellonus.

VE

VERITAS¹

PRO MODESTIA.

Ad quid Opus hoc?


I voluntas conciperet, non
otiosum ex mea modo
partū timerem. Charita-
tē adhuc, et si nō physicē,
nō impropriē fœcundari
credo; nō tamen quam de-
bō, in me præsumo: si ergo intellectui
tantum fœcunditas manet, & ab obiecto
viso, obscurus, & cecutiens, parum meus
attinget. Quid igitur agam? ponam lu-
cernam gentium supra candelabrum hu-
ius operis, ut luceat mihi, & omnibus, qui
in domo Dei sunt. Sic enim 1. Cor. 3. ait:
*Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spi-
ritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam pa-
ruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non
escam. Non dum enim poteratis; sed nec nunc
quidem potestis, adhuc enim carnales estis; cum
enim sit inter vos zelus, & cōtentio, nōnē car-
nales estis, & secundum hominem ambulatis;
cum enim quis dicat, ego quide sum Pauli, alius
autem, ego Apollo? Nonne homines estis? quid*

A igi-

igitur est Apollo? Quid vero Paulus? Mini-
stri eius, cui credidisti, & unicuique, sicut Do-
minus dedit; Ego plantavi, Apollo rigauit, sed
Deus incrementum dedit. Itaque, neque qui
plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui in-
crementum dat, Deus. Qui autem plantat, &
qui rigat, unum sunt. Unusquisque autem pro-
priam mercedem accipiet, secundum suum la-
borem; Dei enim sumus adiutores; Dei agri-
culta*re*a estis; Dei edificatio estis, secundum
gratiā Dei, quae data est mihi, ut sapiens Ar-
chitectus fundamentum posui: Alius autem
superedificat. Unusquisque autem videat quo-
modò superedificet. Fundamentum enim aliud
nemo potest ponere, præter id quod positum
est, quod est Christus Iesus. Si quis autem su-
peredificat super fundamentum hoc, aurum,
argentum, lapides pretiosos, ligna, fænum, sti-
pulam, uniuscuiusque opus manifestum erit:
dies enim Domini declarabit, quia in igne reue-
labitur, & uniuscuiusque opus quale sit, ignis
probabit. Si cuius opus manserit quod superedificauit,
mercedem accipiet. Si cuius opus ar-
serit, detrimentum patietur, ipse autem saluus
erit, sic tamen per ignem. Nescitis, quia
Templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in
vobis? si quis autem Templum Dei violauerit,
disperdet illum Deus. Templum enim Dei sâ-
culum est, quod estis vos. Nemo se seducat: Si
quis uidetur inter vos sapiens esse in hoc facu-
lo,

PRO MODESTIA.

3

*lo, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim
huius Mundi, stultitia est apud Deum. Scriptū
est enim: comprehendam sapientes in astutia
eorum. Et iterum. Dominus nouit cogitationes
sapientium, quoniam vanæ sunt. Nemo itaque
glorietur in hominibus.*

2 Omnia scripsi, quia scopum operis
tangunt, & ferè omnia mecum in præsen-
tiarum loquuntur. Ferè dixi, & non om-
nia, quia nec sapiens esse video, nec stul-
tus fieri teneor, sed dūm alij ibi legunt,
mihi specialia adnotabo. Primum, quia
in pluribus opusculis, & questionibus, quæ
vidi, datum est paruulis lac in materno, &
vulgari stylo, circa ornatum honestum;
iamque populis exactam notitiā alij de-
derunt, in tantum, ut periculosem sit illis
magis oculos aperire, dūm opinionis se-
meli appræhensæ, durante palio, se regunt.
Solūm ideo vtile esse infero ministrare,
escam spiritualibus, & Magistris, lingua, &
stylo illis notis, cum omni extensione, ex-
pressione, legalitate, & sinceritate; quibus
cum facilius, claritate huius laboris, quæ
non omnes sumpserunt, imò nec usque
modo aliquis, ni fallor, omnia tractabilia
in hac materia, & allegata, hinc indè vidē-
tes, veritatem inquirere, & inuentam vlti-
mare, & sine dubio determinare, ex com-
muni consensu possint, ut in re tanti mo-

Responso ad
dubium, & in-
tentum operis,
quæ introduc-
tio (interven-
tientibus no-
tis ad intentū
de probabili-
tate, & quadam
digressione vñ
li de usura) ex-
tenditur usque
ad num. 243

menti expedit. Item, nullum sequi particulariter Doctorum, nec in homine aliquo me gloriari, nām spiritualia non possunt bene carnaliter ministrari, & efficaci fructu; quia sequutio non parit vniōnem assensuum, dum suspicatur, sicut est non semel carnis. Non enim moderni Pauli ero, vel Apollo, sed Christi, *Qui incrementum dat Deus.* Sic S. August. tom. 3. de Circuit. Dei, cap. 3. in fin. incrementum fructus querens dicebat: *Potius de rebus ipsis iudicare debemus, quam pro magno de hominibus quisquis senserit scire.* Item, omnes ædificantes mature, & iuxta eorum contextum intelligere, antequam ab eis latiore, vel minus rectam viam proximis datam presumam: *Dei enim sumus adiutores.* Vnde in vnico fundamento charitatis debemus vniuocari, & sic intelligi, iure possessionis bonæ fidei, & si diuersimodè quisque explicetur. *Quia fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod possum est, quod est Christus Iesus.* Item, ut legalius hoc fundamentum supponam, non Scripturam, iuxta particularium placitum, sed istorum placitum iuxta Scripturam, communibus Glossis, & Patribus expositam exhibeam. Constat enim in litera data, non omnes sapientes recte superædificare super hoc fundamentum; præcipue ubi datur *Zelus,*

& con-

PRO MODESTIA. 5

& contentio; cum enim quis dicat, ego quidem sum Pauli, alius autem ego Apollo. Sequitur, ut aliqui glorientur in hominibus. Quod si non ponunt aliud fundamentum, non saltem recte superaedificant. Pro quibus S. Aug. de gen. lib. 1. c. 18. tom. 3. dixit: Non pro sententia Diuinarum Scripturarum, sed pro nostra, ita dimicantes, ut eam velimus Scripturarum esse, quae nostra est: Cum potius eam, quae Scripturarum est, nostram esse velle desbeamus.

3 Item, parum, vel nihil ex me proponeare, defendere, seu satisfacere, sed ex Doctrinum sensu transcripto, & illato, veritatem aliquandò inferre, dum illatio ad claritatem expeditat, Textus, & Patris fundamento seruato. Dixit enim: *Nemo se seducat* (O magna sapientibus admonitio, quod seipso seducere cōtingit, & supponitur: quid mirum, quod seducant alios i sed maius quid sequitur) *si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiēs.* Qui autem stultus videtur, si sapiens fiat magis se seducet. Et etiam ex mea paupertima pharetra, quamvis necessitas vrgeat, proximum iacularē non audebo, cū potius ad eum sanandum, hoc opus dirigitur charitatis gratia; Vnde ipsum, quæ meum à præsumptione excusat. Legō enim, quod proximus, Dei ædificatio est,

non venumque, sed ut ipsius habitatio. Templo quidem Sanctum in quo habitat spiritus Dei: *Si quis autem Templum Dei violauerit, disperdet illum Deus.* Sed ad quid sequitur: *Nemo se seducat: si quis videtur inter vos sapiens esse, stultus fiat.* Nunquid sapientis est violare Templum hoc, vel stulti ædificare? Nonnè longius est sapientia à violatione legis, quam stultitia? Et magis hoc urget, cum de Scriptoribus sit sermo Apostoli. Sed ideo sine dubio è contraeuenit, & clarum manet in litera, quæ non de stulto, qui est, sed qui fit, loquitur, qui simùl sic apud Deum sapiens scriptor, ut ipse Apostolus: *Sapiens Architectus*, ibi se nominat metaphorice, quod idem est, ac Scriptor, qui sequenti cap. ait: *Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes, &c.* qui se fecit stultum propter Christum, & parvulum; fuit sapiens Architectus! Quia, iuxta illud Matt. 11. Deus reuelat parvulis, quod abscondit sapientibus, & prudentibus. Vis in timorem radicem? qui scribit ut parvulus, respicit attentius, & intenius fundamentum positum, nè licentia, Magistrali erret, & Templum Dei violetur. Ecce initium timoris Domini. Ecce, initium sapientiæ. Sed quæro, ut intentum operis incipiam, Apostolum sequens.

*Quomodo Scriptor ledat proximum,
vel hic alium absque intentione?*

Dicit enim: *Vt sapiens Architectus fundamentum posui, aliis autem superaedificat. Vnusquisque autem videat quomodo superaedificat.* Si quis autem superaedificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna fœnum, stipulam, &c. manifesta est distinctio inter hæc, aurum, argentum, lapides pretiosos, & hæc alia tria, ligna, fœnum, & stipulam. Vnde Scriptorum distinctio superaedificantium supra fundamentum sacrum, versatur bene, vel male circa hæc materialia superposita. Omnia autem igne examinanda sunt, vbi omnissimæ veritas clarescat. Siquidem aurum, argentum, & lapides pretiosi manebunt: Ligna, fœnum, & stipula non; vt patet in litera. Dies enim Domini declarabit, quia in igne revealabitur, & uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit; si cuius opus manserit, quod superaedificauit, mercedem accipiet; si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Clarus fuxit Lyra ibi. Si cuius manserit, idest si adificauit doctrinam bonam, & stabilem, mercedem accipiet, euolando ad patriam. Si cuius opus arserit,

rit, eo quod est doctrina curiosa, vel dicto modo
damnata (non loquitur de hæresi, vel huius
specie, sed quid minus) detrimentum patie-
tur, quia ad tempus, pœna sensus, & pœna dam-
ni punietur; tamen finaliter saluabitur. Et
moraliter ipse, ibi: *Si* (fundamento fidei)
superædificat peccata venialia, per lignum,
fænum, & stipulam signata, punietur in Pur-
gatorio. Piè intellexit, sed non sic omnes.
Ait verò Estius. *Si* cuius opus ab igne corru-
ptum, & combustum fuerit, quomodo ligna,
fænum, stipula comburi solent ab igne, hoc est si
malum, ac pœna dignum; ipse ædificator detri-
mentum huius operis patietur, propter illud ab
igne cruciandus. Non nulli, inter quos Caietanus,
illud detrimentū patietur, dictum putant de
opere, non de operante; sed id minus rectè; non
enim opus ipsum detrimentum patietur, sed prorsùs consummetur. Ipse verò operans, dam-
num passurus est, ipse autem saluus erit, sic ta-
men quasi per ignem. Chrysostomus, & eius se-
quaces, quia quamvis in igne gehennæ mitten-
dus sit, nunquam tamen consummetur, sed sem-
per in igne saluabitur, (quis nobis daret, ut
solùm opiniones, quæ ita manerent lege-
remus; vel illas saltem, quas post ipsum
examen Scriptores confirmarent) totum
dictum inuenies simili in Biblia max. apud
Haye. ibi.

Operi Scripto-
rum manet pro-
batio ignea, si
manserit, &
Scriptor; si ar-
sesit, & ipse.

5. Si ergò monet Apostolus vnumquem-
que

PRO MODESTIA. 3

que videre, quomodo superaedificat, nè
Templum Dei violet, illumque Dominus
ipse, propter hoc, disperdat, clarè conse-
quitur, quod addens non bonam doctri-
nam violat ædificium, & lèdit proximum,
ob quod, opus, & operans comburentur
in die Domini, nescio qua vtilitate pre-
cepta. Sed quid sit de Scriptoribus formaliter,
non est meum assumptum, ipsi debent
scire. Attinet autem ad opus hoc, ortum
exinde dubium. Nonnè Doctorem excu-
sabit bona intentio? Benè declaratur in
litera, quod non; non enim intentio pro-
babitur. Sed uniuscuiusque opus, quale sit
ignis probabit. Vnde non secundùm inten-
tionem iudicabitur, sed secundùm opus: Si
cuius opus manferit (ait) mercedem accipiet.
Si cuius opus arserit, detrimentum patietur. Et
ratio perspicua est, quia Doctor, qui ut ta-
lis iudicatur, non sibi scribit, sed alijs, &
ideo non intentione, sed litera occidit, vel
viuiscitat; ipso consilio scandalizat, vel
ædificat. Intentio autē nō legitur, nec scitur.
Hęc enim cū Scriptore transit, & scriptum
manet posteris, & semper influens. Vnde
sicut intentio est impotens resuscitare,
quem opus occidit, ita & excusare. Bona
intentione, dixit S. Petrus, Matth. 16. Absit
à te Domine, nō erit tibi hoc. Qui cōuersus di-
xit Petro. Vade post me Satana, scandalum

Qui sua doctri-
na lèdit, non
excusat in-
tentionem.

Scriptor lèdit
scandalizans,
id est prabens
occasione-
m, quinque,

10 VERITAS

es mihi. Accidit ergo intentio, scandalizanti verbo, vel opere, ut patet in diffinitione scandali, quam tradit Lyra in Matt.

Definitio scan-
dali.

18. Scandalum aliuè dictum est dictum, vel factum, minus reatum, præbens occasionem ruinæ. Quod etiam sic definit Hugo ibi, & D. Thom. in Matt. 11. super illud Pharisei auditio hoc verbo, quam accepit a S. Hieron. vbi infrà §. seq. & est communis, ut affirmat Archiep. Tapia. tom. 2. lib. 3. q. 16. art. 1. n. 2. dicens: *Sic recipiunt à D. I homa 2. 2. q. 43. n. 3. & communiter Theologi.*

6 Quæ diffinition oritur ex conditione vita Christianorum, qui ex fide, & lege tenemur esse unum spiritualiter; & aliter, id est volentes independentiam spiritualē à proximis, qui sunt unum Corpus in Christo, non possumus saluari. Unde, sicut implicat animam viuere temporaliter in hoc saeculo, independenter à corpore, cui unita est; sic & viuere spiritualiter, independenter ab alijs animabus, quibus unita supponitur. Ob quam dependentiam, de factis, & verbis externis, & publicis, iudicium non excusat, quatenus illis exemplo, vel consilio, fuit proximus Iesus, seu scandalizatus, cui accidit intentio, quæ non patet; à qua, eo ipso, abstrahit scandalum, quod solum circa dictum, vel factum est, quod probat optimè D. Thom. in dicta

Implicat ani-
mam viuere
spiritualiter,
independenter
ab alijs; sicut
temporaliter à
corpo.

PRO MODESTIA: 11

2.2.q.43.ar.1.de scandalo agens, & traditam diffinitionem,cum S.Heron. amplectens,& defendens,vbi arguit esse diminutam, ex quo cogitationem non imbibit.
 Ad quod responder §.1. *Quod cogitatio, vel concupiscentia mali latet in corde, vnde non proponitur alteri, vt obex disponēs ad ruinam, & propter hoc non potest habere scandali rationem: ideo concedit scandalum actuum, præter intentionem agentis.* ibi,art.3. §.respondeo.

7 Imò non tantū accidit scandalo actualis intentionis qualitas, sed & ipsius operis multoties, quia in tantum obligat zelus charitatis, & vnionis Christianorū, quod si intentione, opere, verbo, aut consilio, aliās sibi licitis, concipit quis proximum posse lèdi, tenetur potens abstineri, donec ille à sua ignorantia, vel fragilitate sit liber; quod si non abstineatur, eadem lèsione veniali, vel mortali, qua lèdit, lèditur.

8 Constat sufficienter ex Apostolo in litera posita: *Vniuersiisque opus, quale sit, ignis probabit.* Ecce qualitas operis probatur. Sed nunquid ignis reuelabit curiositatem, latitudinem, audaciam, falsitatem, vel aliquam malitiam operis? Non dubito hoc futurum, sed Textus omittit; & adhuc, tale opus ardere, non omittit, cum operante.

Scandalo dabo
accidit inten-
tio.

Licitum, & ho-
nestum, propter
scandalū omic-
tendum, proba-
tus.

Pœna scandalis. Ut quid igitur? ibi subditur: *Si quis autem Templum Dei violauerit disperdet illum Deus.* Propter damnum proximi, solum explicat, & ideo sufficit. Ergo examinabitur opus quale sit, non in se, quod omittitur, sed quale sit proximo, quod explicatur, & damnatur, quasi solum.

9 Sed clarius ipse 1. Cor. 8. *Esa autem vos non commediat Deo.* Neque enim si manducaverimus, abundabimus, neque si non manducaverimus, deficiemus. *Videte autem ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis;* si enim quis viderit eum, qui habet scientiam in idolio recumbentem, nonne conscientia eius cum sit infirma, edificabitur ad manducandum idolothyta? *Et peribit infirmus in tua scientia* frater, propter quem Christus mortuus est. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non mandueabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Ecce opus licitum, quod liberè potest fieri ex se, respectu operantis, sua scientia, vel licentia; non tamen potest fieri respectu videntis; quia peribit infirmus. Et erit peccatum mortale, in Christum, & in fratrem; & grauius peccato Cain, quantum stimabilius est vita spiritualis ablata, quam corporalis. Audi igitur, si legalem sensum desideras. Expositores.

PRO MODESTIA.

13

10 Haye concordans literas, & versio-
nes in sua Bibl. max. ibi: *In Idolio locus est
simulacrorum, aut mensa, in qua carnes sacræ
proponebantur. Edificabitur ad manducandum.
Confirmabitur. Motus enim Doctoris, & per-
fectiores, contra conscientiam, licet erroneam
comedit Idolothyta. Lyra: Videte, vos scientes,
nè forte licentia, qua cognoscitis Idolothyta esse
licita ad manducandum, quantum est ex natura
rei. Offendiculum fiat, idest offendere faciat in-
firmos, & ignorantibus. Si quis simplex Christia-
nus, conscientia infirma, idest ad manducandum
prona edificabitur, idest ad manducandum tra-
betur. Sic autem, idest tale peccatum, non est so-
lum contra proximum, sed etiam contra Deum.
Quapropter talis enim abstinentia, ad evitan-
dum scandalum infirmorum, est meritoria, &
etiam necessaria ad salutem, saltem quousque
suadeantur infirmi, quod talis comedio non est
illicita. Estius. Videte nè licentia vestra, intel-
lige ius, seu fundamentum agendi quippiam,
quam vulgo licentiam vocant, qua dicere pote-
rant firmiores, se uti suo iure, ac libertate, quod
scirent Idolum nihil esse, proinde nihil differre
Idolothyta à ceteris cibis. Sed videte, inquit,
idest cauete nè potestate hac vestra, cum offendicu-
lo fratrum infirmorum vitamini. Edificabi-
tur certè nusquam alibi, quam hoc loco reperi-
tur acceptum in malam partem. Peribit infir-
mus, quo putat edentem . . . rem illicitam face-*

re.

re... à salute excidet, in æternum periturus, in tua scientia, qua dum tu male vteris, preſtas illi peccandi occasionem. Notandum est, Apostolum in ijs, qui ſcientiam habentes, ex Idolothy-
io comedunt, non ob aliud culpare, quam quod fratres infirmos scandalizent. Sic autem peccā-
tes, nam iniuria membrorum redundant in ca-
put, quemadmodum benè locum hunc explicat
Teophilactus... si vos... non moueat interi-
tus fratrum ſaltem moueat iniuria Christi. Pecc-
atis in Christum, cuius illi membra ſunt. Rur-
ſum, quia Christi fabricam, quam Christus ſuo
ſanguine conſtruxit, ſuo malo exemplo de-
ſtruunt. Non manducabo carnem. Græcè, car-
nes etiam caro píſcium compræhenditur, ut pa-
get ex hac eadem Epift. cap. 5. alia caro píſcium.
Si futrum eſt, ut me comedente carnes, frater
meus scandalizetur, potius per omnem vitam
carnibus abſtinebo, non ſolum immolatijs, ſed
et alijs quibuscumque pecudum, ouium, pi-
ſcium. Idem proſequitur.

II Illud ſimile Rom. 14. Noli propter eſcā
deſtruere opus Dei, omnia quidem ſunt munda,
ſed malum eſt homini, qui per offendiculum
manducat. Bonum eſt non manducare carnem,
et non bibere vinum, neque in quo frater tuus
offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.
Quæ quidem ſentētia perindē, ut iſta huius loci
ſignificat. Quid Christianus ad evitandum fra-
dolo. *Abſtinentia ab opere, non haber terminū, durante iſcas - tuis ſiandalum facere, vel omittere teneatur.*

Qua-

Quare si quis nunquam posset, sine scandalo fratris, comedere carnes, aut alium quemlibet cibū, deberet ille tota vita ab eo cibo abstineri! quamquam casus huinsmodi non facile eueniat. Cum enim intelligatur hæc doctrina hominis infirmi, non autem malitiosi, id est, ut Theologi loquuntur, de scandalo dato, non accepto; potest, qui infirmus est, sufficienter instrui, & doceri fratrem bene agere. Post quam sufficientem, & plenam instructionem, si adhuc in scandalo perseueret, non erit scandalum datum, sed acceptū, quia non idem ex infirmitate procedit, sed ex malitia, quale erat scandalum Pharisaorum, Matt. 15. Idem adhuc prosequitur.

12 Hinc igitur responsio patet ad istam questionem, & similes, an Catholicus debeat potius emori fame, quam in Sacra Quadragesima carnes comedere, constitutus inter infideles, aut ab ijs detentus, si nihil aliud in promptu sit, aut haberi possit, quod edat; aut si ad esum carnium urgeat valetudinis necessitas. Nam si qui, siue fidelis, siue infidelis, per infirmitatem, scandalum ex eius factō sint passuri, durante scandalo abstinentia est, etiam cum vita, & valetudinis periculo. Par ratio, si cederet eiusmodi comedio in detrimentum honoris Dini, ut Machab. 6. & 7. Porro locus hic Apostoli, totaque eius disputatio satis ostendit, quam graue sit peccatum scandali fraterni, id quod etiam declarant manifestius verba Christi, qui-

*Abstinentia
est ab opere
licito, etiam cu
vitæ, & valetu
dinis periculo,
durante scan
dalo.*

*Nota, sequitur
hinc ius grā
tia, & charita
tis esse supr
ius naturæ.*

*bus affirmat satius esse, ut suspensa ad eollum
mola asinaria, demergatur quis in profundum
maris, quam ut scandalizet unum ex pusillis,
Matt. 8. Hæc omnia Estius.*

13 Tota verò hæc expositio literalis intentiūs, & extentiūs, vniiformis cum Menochio, & Firino, inuenitur simūl in Bibl. max. Sed S. Ioannis Chrysost. Glossam sequentem, non omittam, quæ adest in vulgata. Non dicit, siue iustè, siue iniustè, sed quomodo cumque; & non dico, inquit, Idolothytum, quod & propter aliam causam prohibetur, sed & quod licet, & permittitur, si scandalizat, etiam ab illis abstinebo; neque una, aut altera die, sed toto vite tempore; Non enim manduabo, inquit, carnes in eternum. Et non, inquit, né perdam fratrem, sed simpliciter, ut non scandalizem. Etenim ultimæ amentiæ est, quæ Christo pretiosissima sunt, & talia, ut eorum gratia, morte obire non recusauerit, ita nos despicatissime arbitrari, ut ab escis propter ead nō abstineamus. Hæc autem, non ad illos tantum, sed ad

Satana erudi-
tas est gratiā
proximi despī-
cere, cui conso-
nat dictum nu-
g. ex Matt. 16. iliius, & inhumanitatis est. Quæ verba adsunt
etiam apud Cornel. à Lap. super eodem
Textu (qui ex B. Basil. in Regulis breuior.
regul. 64. in fine, tradit: Scandalum maius
esse,

PRO MODESTIA. 17

esse, in quo maior scientia, & addit: Quod Deus requiret, de manu eius sanguinem, sua causa peccantium) idem quod Estius sentit Hugo in Rom. 14.

Scandalum maius, vbi major scientia,

14 Accommodo dicta ad tempus, & experientiam iure naturæ, & Diuino licitus, & honestus est usus matrimonij, & etiam debitus petenti ipso iure. Et adhuc, ne-scientibus alijs coniuges esse tales, non licet his, illis notantibus, talis usus. Datur ergo opus licitum ex genere, natura, & iure, debitumque, intentione non vitiata, imo & bona; & tamen illicitum propter scandalum. Quo casu, magis potest virgini, quam in casu Apostoli, quia illic, celsate ignorantia, potest operari coram alijs: sed hic, coram scientibus iam, opus esse licitum, adhuc non potest fieri, propter scandalum; quod proprius infirmorum est. Nec hoc intactum relinquit ipse Apostolus. Licet enim dixisset 1. Cor. 7. Vxori vir debitum reddat, similiter & uxori viro. Dixit etiam 1. Thessal. 4. Scitis enim, quæ precepta dedemus vobis, per Dominum Iesum. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis vos à fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere, in sanctificatione, & honore, &c. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum. Interl. Cuius precepta sunt. Et Haym. in Gloss. Ut sciatis. Ita ab

Quod apud proximum honestum est, coram illo fieri non licet, propter scandalū.

illicitis abstinet, ut nec licitis abutamini.
Gloss. *Vas suum, id est uxorem.* Etiam ly *Vas suum*, intelligit de uxore Estius in Bibl. max. cum D.Thom. ex 70. & D.Aug. pluribus in locis, presertim tom. 3. de nuptijs, lib. 1. & ibi contra Julian. lib. 4. cap. 10. citaturque in Gloss. de bono viduitatis, cap. 10. & cap. 6. sic. *Quidquid ergo inter se conjugati immodestum, inuercundum, sordidumque gerunt, vitium est hominum, non culpa nuptiarum.* Et cum detur immodestia, & vitium inter coniuges, maximè usus ille coniugij coram testibus. Eritque non possidere *vas suum in sanctificatione, & honore.* Quod dicitur ibi. *Voluntas, & praeceptum Dei.* Ob quod idem August. de Ciuit. Dei, cap. 18. lib. 14. tom. 5. ait. *Quid concubitus coniugalis, nonne ipse, quamquam sit licitus, & honestus, remotum ab arbitris cubile requirit?* Sic enim hoc recte factum, ad sui notitiam lucem aperit animorum, ut tamen refugiat oculorum. Ità cum D.Thom. Tapia. tom. 2. lib. 3. qu. 16. art. 3. num. 3.

15 Est tamen passim notandum ex ipso D. August. cap. antec. ibi. Hanc illationem aperte originari. Quod sicut usus coniugij est ius naturæ, ut animalis; ità est ius naturæ, ut rationalis modestia, & honestas, in ipso usus, & in omnibus irritantibus naturam; ut in nuditate carnis, adhuc in

Nota. Honestas obseruata semper ab Adamo, in tegedo corpore, in omnibus gentibus, ex D.Aug.

in nuptiis, maxima cura ipse Sanctus adnotauit obseruatum semper ab Adamo, in omnibus gentibus. Quod licet alia ratio defuisse sufficit, ut lex naturę dicatur, adesse modestiam in corpore tegendo, & in actibus, qui ad libidinem referri possunt. Iam visum est, pro satisfactione quæsiti, quomodo Scriptor laedit proximum, vel hic alium, absque intentione. Quia si suo verbo, vel facto alteruter præbet occasionē ruinæ, sit in intentione mala, vel bona, vel nulla, laedit. Et quia ipso scandalo violat Templum Dei, iudicabitur in Domini die, & detrimentum patietur. Sed pro huius complemento inquiero.

*Ad quid iudicium, dum adest opinio-
nisi securitas?*

16 **Q**uod notabilius, & mirabilius videtur, in tota materia scandali, est compositio securitatis opinionis probabilis, cum iudicio Scriptoris, opinionis, & illam amplectentis. Constat enim ex dictis, iudicium operis futurum; merces, vel detrimentum superedificantis; & edificatio, vel violatio Templi Dei, seu fratri. Aliter affirmat opinio multorum, quod probabilem opinionem se-

Quens, securus in conscientia procedit; ipsam tamen probabilem talibus conditionibus compleri; & regulis talibus probari; alias esse improbabilem. Huic verò improbabilis aliquam securitatem, in practica nemo concedit. Ipsa autem probatio particularis, & iudicium probabilitatis illius, ut talis, cum exercitio regularum, quod ab aliquo ipsorum Doctorum, non leuiter, seu breuiter, vel firmiter forte determinaretur, dum ab Ecclesia non decernitur, ab alio Doctore non profertur. Vel quia non vult in odiosis laborare; vel quia non audet; eo quod sequitur illicè excitari Scriptorem, qui illam opinionem protulit, & alios utrinque; & inde zelū, & contentionem, quia aliis est Pauli, & aliis Apollo. Nec intentum concluditur; quia cuilibet alter suprà probabile iudicium non concedit, dum demonstratione non conuincitur; & probabilitatem intrinsecam, quam imbibit in ipsa tali opinione, simul defenditur, inamissibilem esse dicitur, & à nullo Doctore de improbabilitate posse conuinci, quod intrinsecè probabile est (hæc excusatio irreparabilis est, & vniuersale refutū omnis opinionis, quo improbabilitas, ut sic, meo videri, vagamanet apud nos, & solum apud Deum particularis iudicanda, & reuelanda; quia non

non inuenio cur propositio A , probabilis
intrinsecè inueniatur , & non B. Nec quo-
modò sic intrinsecè inueniatur , nisi forte
intrinsecum propositionis intueatur . Et
tunc non probabilis , sed absolute vera ,
vel falsa inueniretur . Ideò opinionem in-
trinsecè probabilem non attingo : quia
omnis opinio est iudicium , & hoc propo-
sitio , & hæc vera , vel falsa intrinsecè ; sed
probabilitas , quæ affirmatur intrinseca ,
certa iudicatur , & ideo inamissibilis asse-
ritur . Certa autem probabilitas , & certa
veritas , vel falsitas , nō compatiuntur . Nec
certitudo , cum formidine probabilitatis :
ergò intrinsecè , vbi certa veritas , vel falsi-
tas est , non potest esse certa probabilitas .
Si autem incerta , iam non inamissibilis ,
nec intrinseca . Aliter cum duæ contradic-
toriæ , probabiliter veræ dicantur , certum
est aliquam esse falsam intrinsecè . Proba-
tur autem ut vera ; hæc probatio à falsita-
te non oritur , ergò nec ab intrinseco . Cur
enim vera affirmatur ? quia sic apparent ,
cui falsitas intrinseca non paret . Quod su-
perficiale , & extrinsecum est . Et si saltem
veritas oppositæ contradictoriæ pateret ,
non ambæ simili veræ probabiliter dice-
rentur : Ergò omnis probabilitas extrin-
seca est . Sed quia efficacia arguentis , ex
debilitate contradictentis , firma solet ma-

Quomodo prob-
abilitas in-
trinseca inven-
itur , vbi non
attingetur , quid
sit intrinsecū ,
quod si intue-
retur , veritas
potius , vel fal-
sitas pateret

Cuius falsitas
intrinseca est ,
non ab intrin-
seco oritur ,
quod vera pro-
batur , vel pro-
babilis sit ,

nere, intrinsecè probabilis dicitur falsitas defensa; dum autem accedit ratio cōvincens, iām intrinsecam, & inamissibilem, fatetur non fuisse. Unde etiam defensio probabilitatis intrinsecę, extrinseca; amissibilis, & accidentalis est, quia sēpiissimè abest. Hæc autem mea speculatio, in tantum estimabitur, etiam apud me, in quantum dictis placeat. Ideò de amplioribus fundamentis non curo; & quia ad intentum æquè prodest sic esse, vel non esse.)

17 Sic igitur contra dicta contradictione vtraque inuita, & probabilis manet probabilitas de probabilitate. Et in ipsa probabilitate speculativa, sēpius iacet sepulta vera improbabilitas, praxi liberali. Quibus ergo relinquetur hæc probatio improbabilitatis? quibus applicatio regularum opinionis probabilis particularis, nè improbabilis, vt probabilis, & inde error, & pœna sequatur & legentibus, & communiter regentibus animas, quorum pauci Lectores, cæteri legentes sunt. Et quis de facto probabilitatem talis, vel talis opinionis speculatuf, dato ingenio, & quæstione intellecta? dicat qui vidit. Experientia tamen docet, quod semel exorta opinio, vel regulariter sequitur, vel alia opinio illam sequi cogit, in favorem pœnitentis, dum ab alijs existimatut probabi-

Opiniones
non securam,
sēu improba-
bilem dari, om-
nes cōcedunt.
An hæc, vel
illa sit, non
cōsequitur; Vn-
dē, vt probabi-
lis, & secura
transit, quæ nō
est?

bilis: & sic omnes in possessione probabilitatis manent, & in executione participantes æquè illam securitatem concessam, probabilitus. Et ratio huius assignatur. Quia cuius falsitas non demonstratur (licet forte intrinsecus lateat) eius probabilitas non extinguitur. Vnde arguitur. Probabilitatem sequi, sufficit: quod sufficit securum est: ergo probabilitatem sequi, securum est. Et sic ego prosequor. Omnes opiniones sigillatim probabilitatem habent; sed probabilitatem sequi, securum est: ergo omnes opiniones sequi, securum est. Hoc bene sequitur. Quia licet improbabiles dari constat, & illas sequi, securum non sit, dum de tali, vel tali, improbabilem quamvis contradicam, non demonstratur esse, in possessione probabilitatis, & securitatis, inter omnes manet. Dico iterum. Quod securum est, nō punietur: sed quamlibet opinionem sequi, securum est; ergo quamlibet opinionem sequi, non punietur. Hinc urget difficultas. Cur igitur qui securus supponitur, Doctorem sequens, peribit? cur eriam Scriptor detrimentum patietur? quid mali fecit, qui bona intentione, scilicet subleuandi proximum, probabiliter, suo sensu, consuluit? si intentione non laedit, nec opere laedit, eo quod illum sequens non peccauit, nisi ad sum-

mum materialiter (quod non concedunt aliqui) ergo in nullo ludit: ergo a priori, & a posteriori, excusabilis manet uterque; Ad quid igitur sequenda est ignea probatio, & pœnae passio?

8 Maius adhuc dubium praebet assertio illa recens, & docens inter opiniones probabiles, quæ benigniores sunt, non solum æquè tutas esse, sed tutiores per accidens. Existimabam ego, quod si aliquis Scriptorum cum opere arderet, potius laxior (qui iam dicitur benignior, eo quod legem, quæ a ligando dicitur, modo, quo laxius liget proximum, interpretatur) quia constat, quod quælibet relaxatio a laxatione, & non a pressione ligaminis oritur. V.g. lucrum proueniens ex mutuo, usura est, & peccatum mortale, cum obligatione restituendi, lege naturali, Diuina, & humana stabilitum, & ex fide credendum sic: contra quod nec vetustissima consuetudo, nec vniuersi multitudo præualet, sed potius auget delictum: ut infra n. 88. & tamen id ipsum, quod in se physicè, & realiter constituit usuram, potest moraliter fieri licite, & de facto sit, nobis videntibus, mutantato solum tali modo, vel intentione, ita communiter, quod non datur persona, quæ in quolibet statu, vel euentu, non possit pactare, & exigere ipsum lucrum, & no-

leue, & omnibus æquale, pluribus capitibus, & rationibus. Vnde finis legis physice euanuit, quia ipse actus physicus prohibitus de facto fit communiter; & si non communiter toleretur. Et cū dicitur. Iam non datur usura: respondetur. Quid mali deficit in hoc? (sic respondit mihi quidam legis peritus). Utinam de omnibus peccatis id ipsum foret. Si enim remedia possent dari, ut nemo contra sextum Decalogi peccaret, nullum esse inconueniens dicere, iam non datur peccatum fornicationis. Et verum est, dum nemo peccaret. Sed si remedia darentur, non ut mas, & feminina soluta non coniungerentur, sed ut ipsa coniunctio peccatum non esset, vel diceretur; stante ipsa coniunctione, & prohibitione; inconueniens esset dicere, iam non datur tale peccatum. Quia ipse actus physicus, qui prohibetur, poneretur in re, licet nomen peccati tolleretur. Et idem sequitur de usura. Hæc igitur relaxatio (quæ talis apud multos est) resultat ex multitudine opinionum diuersarum arbitrantium hanc, vel illam viam excusandi omnem usuram, palliationem, & periculum illius; & cum tot sint arbitria, omnibus accidentibus facilem prouidet exitum: non prementes, ut patet; ergo laxates, taliter quod nullus casus urget, ut

vſorarius sit, qui posituē non vult esse; aſſumens, ſcilicet lucrum, quod omni intentione ablata, prouenit ex mutuo realiter, præter caſus ab Eccleſia iam examinatos.

§. I. Vbi paſſim liceat mihi, pro fructu laboris, quo multum temporis conſumpſi, in extenſa ſpeculatione, & accumulatione opinionum omnium in materia vſuræ; in patua hac digreſſione, circa practicam moderniorem, inconueniens inſinuare, quod etiam viđi multis Doctoribus repugnare. Cum ex mutuo nihil lucri prouenire poſſit ex fide. Danda eſt neceſſariò alia cauſa in mutuante, vt medio mutuo, non tamen attento, lucretur. Nunquid inseparabilis poterit eſſe talis cauſa à mutuo, vel à mutuante, vt ſic? minimè, quia, iam eſſet vniuersalis, & perpetua, reddens inutile præceptum. Inſuper quidquid inseparabile ab utroque eſt, iam nouit Dominus præcipiens: ideò neceſſariò ſupponitur talement cauſam ſibi notam, exclusiſſe, qua non obſtantē, prohibuit: ergo accidētalis debet eſſe cuilibet contractui mutuationis, ità quod nec ſemper, nec in omnibus mutuantibus, vt æquale lucrum exigant? quæ ſpecies accidentis hæc eſt, quæ nunquam abeft, ſed ſemper adeft, æquè graduata, & circumſtantionata, in omnibus

Digreſſio qua de vſura, pro exemplo allata, iuxta moderniorem praetoram, inconueniens propoſitur.

casibus mutationis? ita res grauis haec est, ut pro dictis, aliquas opiniones notatas a Doctoribus, ut parum tutas in fide, inuenies. Aliquos scio æquiuocari cum legibus Recopilationis, & similibus, quasi Rex, vel Pontifex posset legem condere, pactandi, & percipiendi lucrum pro munto, & hoc illum fecisse, rationaliter possit intelligi. Aliter videnti patebit, non dari legem, nisi priuatiuam taxatiuam, non præbens ius, ut taliter pactetur, vel tantum percipiatur; sed priuans, ne supra tantum exigatur, in casibus licitis, qui supponuntur, sicut, non esse omnes: ergo distinguenda est quantitas lucri, secundum illud accidentis, vel causa, si detur, quæ in diuersis pactionibus, diuersas rationes præbeat. Quod intendit alia lex, quæ traditur Caroli V. priuatiua, & taxatiua lucri, & distinguens illud, pro mercatoribus, nobilibus, & plebeijs, ut aliqualiter cingeretur notabilis exorbitantia Ciuitatis in qua existebat. Sed re vera his non obstantibus, accidit quod plures cuiuscumque status possint æqualiter regulari. Quia haec materia abstrahit a charitate, & misericordia, & solùm pertinet directè ad iustitiam: & sic causa illa, si detur; vel præbet iustitiam exigendi lucrum, vel nulla est; ideo accidit, quod æqualis causa omnij-

modè, ex iustitia, in pluribus quibusuis detur. Et etiam in casu restitutionis (si hodiè talis res supponatur) accidit, quod æqualis præcipiatur pœnitentibus pluribus, eiusdem, vel diuersi status facienda.

*Nota, quod in
hac materia,
non omni-
quod prædi-
catur, defendi-
tur: & non om-
ne, quo! in-
aure auditur,
predicatur su-
per teat.*

§.2. Ex primò dictis oritur de facto in praxi communi (non verò ex communi doctrina,) magna iniustitia. Cur enim volens, audens, potens, & sciens; & nolens, vel timens, vel impotens, vel nesciens expōnere substantiam suam ad periculum fortunæ, æquale lucrum exigent? Si primò conceditur quantum ex iustitia debetur, quia priuat, pro subueniendo proximo, à sua forte, & fortuna; qua iustitia idem secundò? si causæ sunt oppositæ in forte, quomodo præbent lucrum, scù effetum vniuocum? Respondes fortè. Quod secundus non exigit ex iustitia ex omni parte, sed nec contra iustitiam, quod sufficit; quia mutuatario æquè valet, & succurrat denarius utriusque mutuantis, & sic secundus non facit iniuriam, cui primus non minus peteret: accidit enim utilitati mutuatarij, maior, vel minor ratio mutuantis, dum non maius est lucrum, nec minus mutuum. Iterum nulla iniuria potest fieri à secundo, dum accurate informatus, quod in foro communiter currit, exigit.

PRO MODESTIA. 29

§. 3. Multa possent obisci contra primā rationem; vna verò superat omne dictum, & dicendum. Præceptum priuatuum ligat omnes, & singulos mutuantes: tribuitque ius mutuatario, ut lucrum indē non debeat. Si autem exigitur ab eo, quod nō debet, iniuria sit, quamvis pactaretur, quia violenter supponitur; cum sit contra ius naturale, & Diuinum, quo non potest priuari. Alias pactum fuit peccaminosum, ex parte alterius contrahentis, & sic nullū utrobique. Habens autem iustam causam extra mutuum sine iniuria exigit, quod illi eadem causa debetur. Non verò est causa iusta utrique mutuanti, quod aequè succurrit; quod est idem, ac aequum mutuum facere; quia sicut in nullo, mutuum est lucratium, ità nec aequum, vel maius mutuum. Idem sequitur si secundus petit tantum, eo quod primus non minus petit; quia debetur primo, & non secundo. Ideò nou accidit utilitati mutuatarij, maior, vel minor mutuantis ratio exigendi; quia tantò minus soluet, quantò minor sit ratio illa; soluere autem minus, non est utilitatis accidens, sed substantia. Si denique pro causa traditur, quod sic currit in foro; hoc male intelligitur, quia nec consuetudo, nec multitudo, nec potestas creata præbet ius exigendi, quod lege naturali, &

Di-

Diuina non debetur , id est determinatur non deberi , & non exigi . Ad quid igitur potest deseruire scire , quod in foro currit ? Ut numerum lucri arbitretur mutuanti , qui volebat , & poterat , ipso denario mutuato lucrari ; cui ex communi enentu aliorum , potest , & solet in commercio lucrum possibile , congruenter regulari ; sed nolenti , vel impotenti ad lucrandum , non est possibile lucrum , & sic non manet , vel non supponitur lucrum regulandum .

§.4. Et ut concludam . Huius regulatio-
nis arbitratio , si temperatè , & respectiue applicetur , bona est ; si integra , & indistin-
ctè applicetur , dura , & non bona est . Quia in commercio non potest fieri iudicium
de lucro possibili , nisi per actuale ; & de
actuali , ad possibile , & futurum magna-
est differentia . Siquidem semper interuen-
nit periculum , & multoties perditio , de
quo non potest fieri iudicium , sed de facto
lucro ; quod si commensuretur cuilibet
mercatori , cum perduto , in alijs generi-
bus , principali , & periculo prequo aestima-
to , euidenter , ex communi coasensu , resul-
taret talis quantitas lucri , quod excederet
illā , quæ hodiè pactatur pro lucro mutua-
tionis , vel alio nomine . Vnde idem lucrum
vel maius , quam acquisitum periculo , in-
genio , & labore suo , soluit mercator mu-
tuantur .

tuanti se curio, & tranquillo, sine voluntate, vel aptitudine ad lucrandum. Nonne tolerabilius foret, quod hic taliter constitutus, ex quantitate illa hodie assignata, pro lucro, que communiter resultat ex bono exitu mercium, dimidiam peteret, alia relinquens illi (licet mancipium esset, pro cibo, & veste) qui periculo, & labore facit augmentum? Sic etiam excusaretur lapsus multorum, qui hoc modo onerati, quotidie cum capitali, & redditibus cadunt: & qui omnia voluit, omnia perdit.

§. 5. Sed dicta omnia opponi videntur; quia dimidium exigere sine causa, est idem quod velle ex mutuo id, quod non debetur; & sic iniuria; & sic peccatum, sicut petere totum. Fateor rationem esse urgente, cui facilius satisfaceret, qui non solum dimidium, sed totum exigere, licitum esse inuenit. Sed inter legem, & utilitatem; inter proximitatem, & commercium, medium rationale possibile dari esse, iudico (hoc est quando mutuum non sit meræ charitatis motiuo, pro urgente necessitate, vel graui damno vitando; quia tunc quidquid debeat possibiliter fieri, scilicet de facto fiat, gratis debet fieri; sed ad commodius viuendum) ad quod multæ sunt opiniones, offerentes variæ excusationes, & rationes. Etiamque, sicut motiuum non est

Si rōrum fū
erat mutua-
rius mutuan-
ti, magis quam
mancipium fet-
uit.

Medium, sed
remediu, que-
ritur, ut sine
peccato, fave-
tur lex, & utili-
tas moder-
ta.

est simplex charitas, sed mixtum ex charitate, & conuenientia, seu vtilitatis augmento, potest fieri non simplex mutuum, sed contractum mixtum ex mutuo, & sociate, tali animo, vt charitati locus detur, & vtilitas diuidatur. Hoc syncero modo. Supponamus, quod in foro aestimatur lucrum possibile mercium. V.g. 10. pro 100. in anno. Petrus petit 100. nummos. Ioannes praebet 50. mutuatos, & 50. pro lucro aestimato in foro, titulo societatis. Et ex utroque titulo sit mixtum equiparans contrahentes; nam si mutuatarius luditur in societate, asscuras capitale, & lucrum, totum, quod possibile aestimatur, id est 5. pro 50. (licet possibile manet, suo ingenio crescere sibi) compensatur in mutuatione, in qua liberi manent illi, alij 5. pro 50. & sic contractum, qua mutuum, sit a mutuanti legaliter, & gratis; qua societas, non sit legaliter, vt vtitur. Sed quid interest? cu de contractu societatis non sit lex naturalis, vel Diuina regulatina: ideo liberè potest mutari ad nutum contrahentium. Qua ratione, si clarus vult agi, potest prebere 100. titulo societatis, si recipiens vult illico diuidere lucrum aestimatum in foro, & assignare Ioanni 5. pro 100. securos, non ex quolibet negotio, sed ultra annum semel conferendos; vt in ratione reddenda

litigium præcaneatur: quod contractum, liberè, & etiam publicè potest fieri, quamvis petat Ioannes securitatem capitalis, & lucri, à Petro, cui totalis administratio, arbitratio, & dominium societatis manet singulariter, & excessus lucri, si forte, suo ingenio, crescat sibi; cum sit liberum, societatem sic, vel sic disponere: nec est incogruum petere securitatem ab illo, qui solo ingenio sociatur, & nullum denarium exponit, saltem ut caute procedat; cum non manet ligatus ad consilium petere, vel actiones patefacere.

§. 6. Modo digressione conclusa, ad finē paragaphi 18. redeo. Vbi clarè, meo videri, ostenditur, quod à laxatione prouenit relaxatio. Ideò approximari libertati, periclitari iudicabam. Sed si laxior opinio, benignior dicitur; benignior, quæ tutior, nescio magis, quomodo Templum Dei (vt ait Apostolus) possit violari ab Scriptore, & cur aliquis, qua talis, pati possit (cum de solis Catholicis sit sermo Apostoli) siquidem illi, qui præ alijs periclitari arbitrabantur, iam tutiores, benignioresque inueniuntur, multis Patribus, Sanctis, & Doctoribus præcedentibus; quia illis Ducibus, plures tutius, & facilius salvantur. Ideòque alijs opinib[us], meritò non attentis, imò & suspen-

Finis digreſſionis, viꝝ
remedium pre-
bens.

C ſis,

Si laxiores
DD. benignio-
res diſti, ſecu-
riores ſunt; dū
ſemper laxio-
res propagan-
tur, in tantam
ſecuritatē deue-
niendum eſt, ve
omnes exone-
rati ſaluentur,
nulla lege fra-
ga.

sis, pro communi vtilitate , solis his benignioribus vti, esset conueniens (& aliquādō obligatio ; idest quando electio tutioris opinionis obligat ; quia licet per accidentis, huius tutioris genus, exoneraret cōscientiam) & has tutiores etiam reijcere, alijs benignioribus inuentis, & sic de cæteris, vsque dum omnes saluarentur, toto onere in ipsam benignitatem conuerso . Quod totum potius p̄t̄mūm, quam p̄cnam talibus Auctōribus p̄uenit . Et tādem de Scriptoribus Catholicis , super fundamentum Euangelicum ædificantibus, seu opinantibus audio . *Vniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit.* Et etiam. Si quis autem *Templum Dei violauerit, disperdet illum Deus.* Vbi ergo securitas , & tutamen ?

19 Hinc magis oritur confusio mihi, quam requies . Quia estō in probabilitate vt sic, securitas vt sic fundetur, & in tali probabilitate vagē, talis securitas; de tali probabilitate signata, non est talis securitas plerumque . Rursūs, quæ securitatem offert cuilibet probabilitati, est alia probabilitas , quæ certitudine non constituitur, à cuius etiam securitate aliæ omnes dependent . Formidine igitur de possibiliitate oppositi fuit ipsa propositio, quæ probabilibus , & probabilioribus fundari

con-

PRO MODESTIA. 35

consuluit, ut æquè tutis, sicut alia eiuldem gradus probabilitatis prolata; & quam in fieri habuit formidinem, seu dubietatem, passiuam, nobis in facto esse cōseruat. Eadem ergo sequitur dubia, & secura: dubia in scientia; secura in conscientia: utinam faltem ipsa certa esset, à qua omnis aliarum securitas pendet: sed quia certa non est, nec ut talis traditur; imò alia opinione Doctorum multorum contradicitur eius vniuersalitas; ideo nihil certum vniuersale manet. Imò nec vniuersaliter securum; quia nullus negavit (his non obstantibus) opiniones improbabiles dari, illisque Doctores punibiliter, & hos sequētes, errare. Quod supponit in dictis. Quia pro aliquibus scriptum est. *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur.* Et mirum quid esset, quod soli Scriptores possent errare circa legem, & animarum salutem, & etiam hæ eorum priuilegio gaudentes, absque periculo pœnæ.

20 Fateor, meum scopum non esse probabilitatem opinionis; bonum erit desideranti illius extensionem, ut videatur. Illustriss. D. Ioann. Caram. Episc. Campanensis in suo Apologemate, cui adebat Franciscus Verde, necnon Fr. Franciscus Bonæ Spei. Et è contra P. Ioann. de Cardenas, P. Antonius Cella Dei (quem dicunt Eli-

Recentiores
DD. qui de
probabilitate
agunt; in quib
us opinionū
electio secu
rior videatur.

zalde) cui adhærens, promptius laudabis; quam intelliges. Etiamque doctè, & si breuius, P. Matthæus de Moya, in principio operis. De opinione verò tali, scilicet an sit? Non autem qualis sit? Pars huius opusculi est, ut infrà videbitur. Sed modo, ad eundem intentum progrediens, de illata certitudine incertitudinis probabilitatis, inferre, per transitum, ex dictis quesiui, quod data existentia vnius opinionis, non statim sequitur, securam, & probabilem esse, sed potius sequitur, eam examinandam esse, nè in possibilem, & punibilem errorem incidat sequens; & postea ipsum, an tutior obliget, in re tali, consulere.

Data opinione, nō sequitur probabilitas, & securitas, nec hoc aliquis contradicit.

21 Quod idem ex textu proposito Apostoli sequitur. Scribere enim Doctores, ut coadiutores, superaedificantes, super fundamentum ab ipso positū, non prohibet, sed supponit. Cognoscens verò, quod semel orta doctrina perspè currit, qualis sit, & si virulenta ratò, absque damno illato impeditur, monet sic. *Vnusquisque autē videat quomodo superaedificat. Quia ipso reali actu potest multos maculare (quod subsequuta correctio, si forte accedat, non tollit) vbi doctrinam probabilem, ad quā se extendit actiuitas humana, supponit. Ob quod ly videat. Examen praeium petit.* Et adhuc fallibilitatem cognoscēs,

iudicium, mercedem, pœnam ve intimat, operis Doctoris, & illum sequentis. Quod si sequens, non semper, & in omnibus excusat, videat etiam quomodo, quem, & quando sequitur, quo d ambobus iudicatis obligat. Quo adest responsio quæsiti.

22 Etiam ex textu consequitur eodem, alijsque Apostoli connexis, iam citatis, & expositis, quod scandalum datum, non excusat intentio; Ius agendi, periculum, vel honestas, seu bonitas intrinseca, aut extrinseca actus. Quia quidquid addas, dum agas, & scandalum pusillorum oriatur, actus debet omitti; quod Hugo in Glos. super Mat. 18. ad verba illa. *V& homini illi, per quem scandalum venit. Inquit moraliter. Scandalum actuum est dictum, vel factum,* &c. (ut Lyra n.5.) & prosequitur. *Nota ergo, quod cum scando actuo, omnino nihil faciendum est; pro scando vero passiuo aliquando bonum dimittendum est, aliquando non.* Id etiam D.Thom. 2.2.q.43.ar.7. §. respō. deo sic. Cum scandalum actuum sit dictum, vel factum minus rectum, nihil est cum scando actuo faciendum.

Cum scandalo
actuo nihil
faciendum.

23 His præuisis, desiderium in hoc opusculo, ad ornatus positiui, & negatiui moderationem tendit; quia communis vanitatis, & immodestie excessus, in tegendo, & detegendo corpore, à plerisque cordatis,

sospicatur causa præsentis sæculi calamitatum: quod rationes plures infrà videndæ efficaciter suadent. Et ideo charitatis gratia, ut vel in aliquo, licet minimo fortè deseruiam proximis, laborem non paucū, leuiori, quam possim calamo, ministrabo; nullam contradictionem, sed potius vniōnem intendens, Doctoribusque, & Magistris me, istumq; laborem exhibeam, ut nouum iudicium in re tanta, pro Hispana necessitate de promant. Et quia de ornatus agendum est penè virtutem, & vitium, prius abstractiū requiram.

*An ornatus pretiosus sit indifferens,
moraliter, & Theologicè;*

24 **O**rnatus, antiquitùs, strictiùs quam modo capiebatur. Ut colligitur ex Tertulliano de habitu mulieb. c.4. aiente. *Cultum dicimus, quem Mundum muliebrem vocant* (erat enim Mundus muliebris quædam aggregatio genericā ornamentorum . Sic latè Tiraquell. de con-nub.l.3.) *Ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dicere.* Ille in auro, & argento, & gemmis, & vestibus deputatur; iste in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis, que oculos trahunt. Postea aliter accipitur.

Vt

Vt Lyra in Gen. 1. v.12. (quem vidi apud Haye ibi) de constituentibus ornatum ait. Non ea, quæ inseparabiliter adhærent corporibus humanis, sed ea, quæ possunt apponi, & auferri, sicut uestes, ferta, monilia, &c. Quod totum posituum est. Et sic hodiè à Doctoribus accipitur. Vbi non intrat excolatura, vulgo Escotado, quæ potius est carrentia ornatus, quo caro ornatur; licet intra quæstionem ornatus, congruentius quam alibi, communiter tractetur. Est enim ornatio appetitus (quid aliud ornare potest caro nuda?) Et quia ornatus mulieris, viros ad lasciviam prouocat. Vt ait D. Thom. poste à notandus; ideo in hoc vniuocantur. Qua lata, & communi acceptance hic capitur. Sed modo posituè.

25 Et primò. Vt pretiosus, & moraliter. Quia ornatus moderatus, & vt physicus, supponitur connaturalis, & bonus. Nec intentio vtentis attenditur, de qua non iudicat Ecclesia: sed de facto ipso liberato vtentis, quo potest proximo præbere scandalum, quod ab intentione (vt dictum manet) abstrahit. Supponit etiam interrogatio specificam indifferentiam dari. In quo conueniunt, & si diuersimodè probent. S. Hieron. ad August. Epist. 89. S. Gregor. Naz. orat. 3. aduersus Iul. Alex. Alens. p.3.q.34. S. Bonau.

2.d.41.ar.1.q.3.S.Thom.1.2.q.18.Scot.2.
d.7.q.1.& d.41.q.1.Bazq.in 1.2.q.18.art.
9. qui vniuocē aiunt, indifferentis specificū
actuabile esse in bonum, & malum. De in-
dividui autem indifferentia, non sic om-
nes. Quibus p̄e actis.

**Ornatus pre-
tiosus bonus.** 26 Ad quæsumum affirmatiuē responde-
tur, & probatur. De facto datur contra-
ctus ad bonum ornatus pretiosus, in al-
tioribus, & illustribus personis Ecclesi-
sticis, & sacerdotalibus utriusque sexus, Deo
consentiente, iure, & ratione. Ergo. Antece-
dens supponitur in Proverb. 31. *Stragula-
tam vestem fecit sibi. Byssus, & purpura indu-
mentum eius. Nobilis in portis vir eius.* Ha-
beturque ex Clem. 4.in 6.de priuileiis. vt A-
postolicæ. Et ex eorum maioritate, ac decore
maiori, ornatum maioritas appareat dignita-
tis. Quod ratio naturalis suadeat. Quidam
dato lapsu. Superioritas, & inferioritas, &
diuisio rerum conuenit naturæ, vt conser-
uetur pace; & quod superioritas sit sensi-
bilis, & distinctiva, vt sit nota. Homines
verò in se non distinguuntur; ergo extrin-
secè debent distinguiri: nec potest distingui
superioritas, vt veneranda, sicut decet, me-
lius quam ijs rebus, quæ hominibus vi-
liores, & estimabiliores sunt, atque pretio-
se. Quod est intentum, vnius partis af-
ferti.

PRO MODESTIA. 41

27 Ambasque partes ponit in aëtu S.
August.lib.3.de doctr.Christ.c.12.tom.3.
& est textus,dist.41.quisquis sic. *Quisquis*
sic vtitur exterioribus rebus , ut metas consue-
tudinis honorum, inter quos versatur , excedat;
aut aliquid significat,aut flagitosus est. Primā
partē exponit D.Thom.2.2. q.169.ar.1.§.
ad 4. dicens . *Ad significandam excellentiam*
sui ministerij. Et secundam partem addens.
Dum scilicet propter delicias , aut ostentationē
talibus vtitur. Et non quomodocumque
contrahit ornatum ad malum; quia flagi-
tium, verbum est lethale. Ità vocab.Eccle-
siast.verbo Flagitium. *Flagitosus à flagitio,*
pecado muy graue , y feo . Et in iure . Alex.
Scot.vocab. *vtriusque iuris, ait. Flagitare,*
leg.2-de priuil.deli.est instanter pudicitiam ab-
terius attentare . Et Pereyra in Elucidar. n.
137. *graue peccatum.* Et Nebrisensis . *Peca-*
do de luxuria. Quæ species peccati est sen-
sus S.Augustini, quia ibi ait. *In usu rerum*
abesse oportet libidinem, que non solum eorum,
inter quos vivit consuetudine nequiter abutit-
ur , sed etiam sapè fines eius egressa . *Flagi-*
tiosissima eruptione manifestat. Estque præ-
ceptum Apostoli 1. Tim. 2. *Nec in ueste*
pretiosa. Quod aliquando , & in aliquibus
debet tenere. Quod est intentum. Et suffi-
cit. Quia dari in pretioso ornatu , malum
moraliter , & etiam peccatum multiplici-
ter,

Ornatus pre-
tiulus, malus,

ter, nemo negavit. Quale, vel quando sit, aut quomodo excusetur, est dubium. Et certum est pluriēs esse malum, quam bonum. *Quia.* Bonum ex integra causa; malum ex quocumque defectu. *Dixit D. Dionis. cap. 4. par. 4. inter medium, & fin.* Ideo inquire signatim non potest quaelibet dabilis malitia, eo quod tot sint, ut ait S. Bern. Senens. serm. 40. de vanis mul. tom. 2. scilicet. *Impudicitia, debilitas, tumiditas, fragilitas, insatiabilitas, turbulentia, malitia, falsitas, carnalitas, mordacitas, necessitas, leuitas, bestialitas, crudelitas, insensibilitas, servilitas.* Quarum quamlibet ordinatè probat ex Sacra Scriptura. Et S. Chrysost. pluriēs tales effectus tradit. Ut in hom. 36. & 41. in Gen. sic. *A cultu externo innumera sunt mala, & nondum dico animae nocimenta, arrogantia, quæ extrinsecus nascitur, despectum proximi, fastum spiritus, animæ corruptionem, voluptatum illicitarum somitem, & infinita mala, &c.* Quare de paucis, & notabilioribus hodiè, malitijs inquiram, extēdens moralitatem ad Theologiam. Sed antea, pro dictis, est inconveniens hoc.

28 Si persona illustris, omni iure ornanda est pretiosè, sequitur, quod etiam si pauper sit, ex alienis possit ornari pretiosè. Est enim æquitas. *Quia si alter habet ius ad tale denarium; hic ad tale ornatum.*

Quo

Effectus ornat.

Quo negato, efficacius potest dici ex Arist.
 1. Ethyc. Bonum commune Diuinius est, & præferendum bono particulari: sed supponitur casus, & passim adest, quod Republicæ conuenit aliquem nobilem conseruari in suo decore, & auctoritate, quam ab incunabulis habuit; & alias conseruatio non compatitur cum restitutione alieni, ex euentu deterioris fortunæ: ergò potest ex alieno conseruari.

29 Respondeo, quod sequela vera esset, si dictum de nobilibus, absolutè concederetur; quod non intenditur. Ideò nec subsequens tenet, quia ius nobilis est ad ornatus pretiositatis suæ (ad distinctionem plebeij) non alienæ. Et ius illud præbet ratio naturæ, non natura ipsa, quæ superiorius ligat. Quia quod petit natura regulata, semper rationale, & absolutum est: quod petit ratio regulans, non semper naturale, & absolutum. Petit ratio pretiositatem, non absolute, sed iustitia illæsa, & in aliquibus; nec naturaliter, quia natura abstrahit à pretiositate. Petit natura vescimentum, rationaliter, & absolutè. Petit nobilis pauper, quod necessarium est, cum natura, & ratione petit. Supra hoc neutro modo petit. Quod sequitur ex Scot. in 4. d. 15. q. 2. n. 35. ubi ait: *Si illud iniuste detenatum à persona multum necessaria Republicæ, non*

Nobilis non
potest de alieno
ornati pre-
tiose.

non sit sibi necessarium simpliciter , sed tantum ad salaandum suum statum solemnem; dico quod non licet alicui statum suum solemnem tenere de bonis alterius ; nec tantum valet Reipublicæ istius status solemnis , quem tenet per non restitutionem , quantum valet fidelitas eius , & iustitia communis . Et S. Ambr. ut habetur c. si-
cut , d. 47. *Quis enim tam iniustus , tam audi-
sus , tam auarus , quam qui multorum alimen-
ta , suum , non usum , sed abundantiam , &
dignitas facit ?* Et S. Bern. Senens. tom. I. serm.
44. *Talis , non status , sed potius casus dicendus
est.* Etiam illa verba , quibus prohibetur
ornari , Auro , aut margaritis , vel ueste pre-
tiosa , ad Timot. in fauorem temperantiae
prolata , in linea iustitiae arctius ligant . Ad
uctoritatem benè distinguit doctrina ,
Scoti .

*30 Quod si queras , ad quantum se exten-
dat in in Scriptura , vox pretiosum ? Includit
gemmas , margaritas , aurum , argentum ,
purpuram , crocum , byssum , vel byssinum ,
& alia mollia , & holoserica ; quia talia in-
ueniuntur adnotata expresse , vel pluriē ,
iuxta diuersos sensus , ut pretiosa , vel ut ex-
cessiva , aut superflua , seu scandalosa . Esth.
8. Ezech. 27. Isai. 3. Ose. 2. Matth. 11. I. Ti-
mot. 2. I. Petri 3. Apoc. 18. & ex natura sua
ita sunt , quia metæ ostensionis , vel deli-
ciarum causa emuntur . Ideo pretiosa an-*

*Quid est pre-
tiosum ?*

PRO MODESTIA. 45

tonomasticè, quia pretio notabili superfluitas comparatur. Non enim corpori est utile, vel necessarium his vestibus uti, idèò super pretiosum est superfluum. Et si dubites quomodo possit esse præter malum morale, etiam Theologicè peccatum? Pro hoc, & dictorum, dicendorumque claritate maiori, arguo adhuc.

31 In ornatū non potest esse virtus, vel vitium: ergò nec peccatum. Probatur antecedens. Virtus omnis, vel intellectualis est, vel moralis: ornatus est materialis, & extrinsecus; habitus corporis, & non animæ: ergò. Aliás Philosophus inter virtutes morales non tradit ornandi virtutē. Ergo. Respondetur (idem posset dici de verbis, & actibus corporis) distinguendo antecedens. A priori, concedo; à posteriori, nego. Sic distinguitur subsequens major, cuius minor est vera. Ex quo sequitur non dari in ornatū formaliter virtus, & à priori, sed effectus virtutis, vel virtus laudabilis, vel punibilis in volente, cuius est regere extrema formalis virtute. Sic sunt, quas tradit Philosophus, & non eorum effectus ordinate. Ideò huic argumento, respondet sibi D. Thom. 2.2. q. 169. art. 1. scilicet in titulo (sicut etiam Astesanus de Ast. par. 1. lib. 2. tit. 54.) quod in ornatū multipliciter vitium contingit, ideo plures

Quomodo se
peccatum, in
habitu?

res virtutes necessarium est in eo exerceri.
Pro quo interrogo.

*Cui, vel quibus virtutibus ornatus
pertinet bonus?*

*Ornatus, ut
bonus pertinet
ad modestiam.*

32 **P**ertinet bonus ornatus ad modestiam, quae ex Apostolo est fructus Spiritus Domini. Eo dicta, quia modum ponit, scilicet moderatur actus externos. Et hic est bonus ornatus, qui modestus. Ideo, licet aliae virtutes apud Deum saluari possunt, & sufficit, haec tamen non sufficit, nisi apud homines etiam. Vnde Apostolus Philipp.4. præcipit. *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.* Sic sentit D. Thom. nuper citat. Vbi de modestia agit, & similiter tribuit (§. Sed contra. Ibi) discretionem ornatus honestati, cum D. Am. brof. cuius verba tradit haec. *Decor corporis non sit affectatus, sed naturalis, simplex, non pretiosus, & albentibus ab intus vestimentis, sed communibus, ut honestati, vel necessitati nihil desit, nihil accedit nitor. Et sunt ex lib. i. c. 16. post med. tom. 1. Est enim virtus, quae decorat præsentiam, & comitat modestiam, ideo nota etiam debet esse, ut videtur Sap. 7. Et honestatem illius non abscondo.*

*Honestam ad Mo-
destatem.*

33 *Quæ honestas, vel modestia, licet ver-*
fa-

sari debeat circa externa; interna debet esse, & non fingi, quia quamvis hominibus sic sufficeret, non Deo; nec virtus esset, quæ fictio. Ideò honestas formalis ornatus pertinet etiam ad veritatem; non illa, qua aliquid dicitur verum; quæ nec est habitus, nec virtus; scilicet obiectua, vel fundamentalis; sed illa, quæ veracem reddit utrem tali ornatu, & habitualiter perficit illum; quæ virtus practica est. Est etiam doctrina D. Thom. ibi §. ad tertium (& Caiet. ibi) ex Philosopho, qui 4. Ethyc. c. 7. ponit veritatem versari circa facta, & dicta. Dixit etiam Tullius tom. 3. de offic. lib. 1. circa princip. §. triplex (de ornatu) *Verum, simplex, decorum, quod sit, id esse aptissimum.* Est certè onus inseparabilis rationaliter ab ornatu, conformitas induiti, & indumenti, vt sæpiissime in sacra pagina docetur.

34 Gen. 3. tunicas pelliceas. Vbi omnes Glosæ, quas videas, conueniunt in hoc. *Quia mortales, ex mortalibus, 1. Timot. 2. Nō in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem, per bona opera, 1. Petri 3.* *Quarum non sit extrinsecus capilatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus. Semper voluit Deus uniuocari interiori, & ex-*

Etiam ad veritatem.

& exteriorem hominem. Et ipsa natura.
 Quia non solum amictus, sed etiam pa-
 ssiones externæ indicant cor. Eccli. 19.
*Amictus corporis, & risus dentium, & ingre-
 f-
 s-sus hominis annunciant de illo.* Ideò depin-
 gens Scriptura pluriēs (in locis nu. 30.)
 mulieres peccatrices, in earum ornamen-
 tis, peccatorum species explanat. Quæ ve-
 ritas, ita indefectibilis supponitur à Pa-
 tribus Ecclesiæ, ut dicat Beda, & B. Cypr.
 in Glos. super dicta B. Petri verba. *Fæminæ
 serico, & purpura induæ, Christum induere nō
 possunt; auro, vel margaritis, aut monilibus or-
 nata, ornamenta cordis, & corporis perdidérunt.*
 Et sunt verba ex lib. de habitu Virg. Et S.
Chrysost. vbi num. 27. *Multa est mulierum
 mollities, & omne studium in cultu vestimentorum,
 animæ vero nulla est cura.* Incompatibilis
 supponunt spiritus, & corporis curas; &
 non minus similes esse, externam saltem
 malam, & internam. Eo quod, ut ait An-
 gelicus Doctor super dicta B. Pauli verba.
*Exteriora opera hominis, sunt quasi quædam
 professio interioris hominis; sicut Religiosi ad
 hoc habent habitum, & Clerici similiter.* Va-
 dè ornatus pertinet ad veritatem.

Omnatus, quia
 honestus, vel
 modestus, per-
 tinet ad tem-
 perantiam, per-
 inclusionem; si-
 cut ad versaci-
 tatem.

35 Et quia honestas ornatus reducenda
 est ad superiorem virtutem ex quatuor
 cardinalibus; reducitur ex D. Thom. & D.
 Ambr. ad temperantiam, cuius, ait Astes-
 tatus,

nus, par. 1. lib. 2. tit. 41. Pars integralis est. Et modestia ad ipsam temperantiam reducitur : ex ipso D. Thom. 2. 2. qu. 160. & Tullio, & Macrobius, quos sequitur Astesanus ibi. Theophilus Rayn. tom. 4. lib. 6. sec. 2. c. 12. Angelus v. Modestia. Et Pereyra in Elucidar. n. 1520. Et etiam ad veritatem, scilicet veracitatem reducitur ipsa modestia. Ex ipso Angel. Doctore ibi. q. 109. ar. 2. Arist. lib. 1. Mag. moral. c. 33. Astesanus ibi. tit. 6. Nec ipsa veritas inuenitur reducita in Auctoriis ad aliquam illarum, quatuor, scilicet inferior illis; sed distincta; & potius videtur transcendens, sicut charitas. Et scriptum est. *Omnis via tua veritas.*

36. Etiam ut honestus, pertinet ornatus ad iustitiam, quia honestas, pars essentia-
lis iustitiae est. Ut dicunt Angel. v. Orna-
tus, §. secundum quod; & Syluester eodem
v. n. 3. & Arist. vbi nuper cit. lib. 2. c. 2. etiā
iustitiae modestiam tribuit. Dicens. *Non*,
citra aequitatem modestia. Idque facile dedu-
citur ex Sacra Scriptura. Proverb. 22. *Finis*
modestiae timor Domini. Eccl. 1. *Timor Do-*
mini scientiae religiositas. Religiositas custodiet,
& iustificabit cor. Rursus ibi. Timor Domi-
ni expellit peccatum, nam qui sine timore est, no
poterit iustificari. Et optimè ad iustitiam,
pertinet virtus, quæ circa bonum proxi-
mi exercetur, cauens ne laedatur alienis

Ornatus, ut ho-
nestus, pertinet
ad iustitiam,
vel ut mode-
rus.

50 VERITAS

actibus. Iustitia enim est, quod proximus sit bonus proximo. Bonus autem erit, si utilis; utilisque, si honestus. Sic Plato apud Beyerlinck. v. Honestum. Semper quod utile, simul etiam honestum est. Omnis ergo cura de proximo, ad iustitiam reducenda est. De qua Philosoph. de moral. lib 5.c.3. ait: *Iustitia sola ex omnibus virtutibus esse alienum bonum videtur, quia ad alterum spectat; agit enim ea, quae ad alterum conducit, aut Principi, aut Reipublicæ. Pessimus igitur est, qui & secum, & cum alijs prauitate vtitur; optimus autem, non qui secum, sed qui cum alijs virtutem exercet: quippe cum id difficile admodum sit. Itaque neque hæc iustitia pars virtutis est, sed integræ virtus est; neque huic opposita iniustitia, pars vitij, sed integræ est vitiositas.*

Ornatus, vt
honestus per-
tinet ad forti-
tudinem.

37 Etiam ut honestus, ornatus pertinet ad fortitudinem, quia semper non possunt obseruari desiderio, & actu media illius, sine fortitudine, propter efficaciam inuitatis vanitatis, & exemplorum, quæ nunquam defunt. Et quamvis hoc directè ad tempestantiam attineat; est virtus minus efficax, & constans, quam continuatio totius vite, contra continuam occasionem, & potestatem oculorum petit. Ex quo Psalm. timens ait. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* Nec sola extensio in ornatu, est virtutum, sed etiam remissio; quia virtus consistit

Etiam ad pro-
tectionem.

PRO MODESTIA. 51

sistit in medio. Ideò debet quis ornari se, taliter ex D. Ambr. nu. 32. *Vt honestati, vel necessitati nihil desit, nihil accedat nitori.* Ad quod regulandum, prudentia adesse debet. Quare Tullius vbi suprà, num. 33. ad exercitium honesti, & utilis ornatus, quatuor virtutes petit. Cuius verba abbrevians Episc. Peraldus de virtut. par. 3. tract. 1. c. 2. Et ego magis. Hoc valēt. Honestas à quatuor partibus manat, cogitationis, communitatis, magnanimitatis, & moderationis; quæ hac serie pertinent ad prudentiam, iustitiam, fortitudinem, & temperantiam.

38 Pertinet magis ornatus, vt honestus, & modestus ad charitatem. Multiplici ratione. Primò. Per rationem communem. Est enim hæc vita omnium virtutum, sine qua, vel mortua, vel nulla. Quod notum est, esse, & prouenire ex identitate charitatis, & gratiæ. Secundò. Ratione finis. Quia omnes virtutes sunt preceptæ. Finis autem præcepii est charitas. 1. Tim. 1. Tertiò. Quia specialiter modestia ordinatur ad bonū, & cauet malum proximi, quod non potest actuari, vt oportet, sine charitate, qua perficitur talis actus. Ex quibus Scot. 2 d. 37. q. 1. §. vltimò, ait. *Virtutes supernaturales perficiunt in ordine ad virtutem, quæ est charitas, & illa ulterius in ordine ad finem supernaturalem.* Et D. Thom. in expositione ad

Ornatus, vt
honestus, vel
modestus, ad
charitatem per
tinet.

verba Apostoli; & memorans illud Matth. 22. *In his duobus præceptis uniuersa lex pen- det. Inquit. Omnia præcepta legis sunt de actibus virtutum, & per omnes actus virtutis ordinatur homo unus ad alium. Virtutes autem Theologicae ultimū finem habent pro obiecto. (& concludit) Charitas unit, ergo omnes ordinantur ad charitatem. Sed præcipue veritas. Quia Deus charitas, & veritas est. I. Ioann. 4. & Ioann. 14. & similiter iustitia, quia charitas iustitia est. Teste D. Aug. de natura, & grat. apud Pereyra in Elucid. n. 672. Charitas inchoata, iustitia inchoata est: Charitas perfecta, perfecta iustitia est.*

Scandalum op-
ponitur mode-
stia, & chari-
tati;

39 Quocirca D. Thom. consequenter ad prædicta, & ad id, quod docet 2.2. qu. 168. art. 1. §. Respondeo. (scilicet, quod dum de exterioribus agitur, non prouidetur rationalis absolute respectu sui, absque respectu aliorum) Licet concedat modestiam pertinere ad temperantiam, ut dictū est, ut pars illius (cuius partes docet ligare in Scriptura, sub præcepto Diuino, 2.2. q. 170. art. 2.) tamen ipse ibi, & etiam ibi. qu. 43. art. 3. §. Sed contra, & §. Respondeo quoad effectus circa proximum. Docet re-spicere charitatem. Quo nihil clarius, & indubius, eisdem rationibus patet.

40 Rursus notum est, ornatum, ut honestum, & modestum, opponi scādalo. Quod

ex ornatu in honesto, & immodesto euide-
ter natum est oriri ; & de facto ex se oritur
saltem prouocatio ad lasciuiam ; omnibus
Patribus, & Doctoribus expressè consen-
tientibus , & sentientibus : cui oppositum
nec vidi, nec audiui ; & ità certum est scā-
dalum opponi charitati , vt manifestum
est in textibus, & Glossis à nu. 9. vsque ad
13. Dixit enim Deus per Apostolum. *Pec-
cantes in fratres , & percutientes conscientiam
eorum infirmam, in Christum peccatis.* Quod
non potest esse sine læsione charitatis , qua
membra inter se , & cum capite vniuntur.
Euidens ergò manet , scandalum opponi
charitati , & modestiae vnicō actu : & per
oppositum,inseparabiliter exerceri mode-
stiam , & charitatem. Idest, non posse dari
modestiam formaliter, vt oportet , quin
indicet charitatem . Nec charitas , quin
includat modestiam in ipso actu ornandi.
Vnde reducibilitas dicta expressatur. Que
pro dicendis sufficit . Inquiram igitur.

*An ornatus pretiosus nouus, sit
lethalis ?*

41 **D**Ico . Pretiosus , vt notabilis sit.
Nouus,vt notabilior, & appetibi-
lior in Repub. & in quæstione gra-

54 VERITAS

uior. Quid dicam? Nihil minimè audeo. Dicat Deus, qui iudicaturus est. Dicat ille sapiens Architectus, qui posuit fundamen-tum. Superædificant Patres, & Docto-res; postea ego si aliquid capiam, & pro-ferre non erubescam, consequentiam in-dicabo. I. Tim. 2. *Ornantes se non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa.* Interl. *Quæ sit contra morem pa-triae.* Lyra. *Quia sunt curiositatis, & incitant ad peccatum luxuriae.* I. Petri 3. *Quarum nō sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio au-ri, aut indumenti vestimentorum cultus.* Estius super idipsum D. Pauli, apud Haye in Bib. max. *In summa docet Apostolus, mulieres Christianas moderato cultu corporis debere esse contentas; luxum autem, & sumptuosam super-fluitatem in vestitu illis esse vitandam.* Similis est I. Petri 3. *Vnde colligitur hoc præceptum, non esse leue, nec cōtemnendum, quod duo Apo-stoli Principes, tam diligentè inculcatum vo-luerunt.* Luc. 10. *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.* Fabianus Pap XI. q. 3. c. *Qui omnip. Qui omnipotentem Deum metuit, nec contra Euangeliū, nec con-tra Apostolos, nec contra Prophetas, vel SS. PP. instituta, aliquid ullo modo agere cōsentit.*

42 D. Gregor. super Matt. c. 11. homil. 6. tom. 2. *Nemo ergò existimet in luxu, atque studio pretiosarum vestium peccatum deesse;*
quia

Datur præcep-tum. & n. 58.
74-75.

Auctoritas A-
postolorum.

Probatur pec-
catum.

quia si hoc culpa non esset, nequaquam Petrus à pretiosarum vestium appetitu compesceret, dicens: non in ueste pretiosa. Pensate ergo, quæ culpa sit, hoc etiam viros appetere, à quo curauit Pastor Ecclesiae, & fæminas prohibere. Et hom. 40. in Euang. inter princip. & mediū. Sunt nonnulli, qui cultum subtilium pretiosarū vestium, putant non esse peccatum: quod videlicet si culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod Diues qui torquebatur apud inferos, byssō, & purpura indutus fuisset. Et D. Chrysost. apud Hugo 1. Tim. 2. Vel ueste pretiosa, ait. Si diuitiarū coniecturas abstulit mulieribus Paulus; ut aurum, margaritas, &c. multò magis superuenientia epichimata. Si nuptis hoc prohibetur, unde est paruum hoc peccatum? Sed vehementer magnum, sufficiens omnem laborem virginitatis lacerare. Et infrā, n. 58. ex tom. 4. sup. Epist. ad H̄br. c. 12. hom. 28. lit. F.

43 S. Aug. lib. 3. confess. c. 8. tom. 1. Quæ contra mores hominum sunt flagitia, pro morū diversitate, vitanda sunt. Turpis est enim omnis pars, uniuerso suo non congruens. Cui iunge duas auctoritates ipsius, positas, & expositas nu. 27. Ex quo est apud S. August, hoc grauissimum peccatum, ex nouitate.

44 Et ex pretiositate, cum alijs Patribus sentit; de voto continent. Epist. 199. circa fin. tom. 2. Scriptum est quidem, mulieres esse

Etiam, & magis, quoad viros, ex pretiositate.

Peccatum non leue, sed vehementer magnum,

Probatur peccatum quoad nouitatem,

non debere in habitu ornato, aurique circumpositione, & in tortione crinum, & cætera huiusmodi, quæ vel ad inanem pompam, vel ad illecebram formæ adhiberi solet, & meritò reprehensa sunt. Et ad Posid. epist. 73. to. 2. Nam verus ornatus, maximè Christianorum, & Christianarum, non tantum nullus fucus mendax; verum nec auri quidem, vestisque pompa, sed mores boni sunt. Sentiunt idem S. Hieron. S. Vincent. Ferr. & S. Anton. Quorum verba infrà, n. 74. & S. Ambr. n. 59. Consonat D. Bonavent. in Luc. cap. 16. §. 2. Peccatur autem in vestibus quadrupliciter. Primo. Propter pretiositatem, &c. vt infrà, n. 52. ubi sequitur S. Gregor. & Beda, & accedit Doctor Angelicus, vt infrà, n. 75.

Conclusio af-
firmativa.

45 Modò ad quæsumus respondeo affirmatiuè, hac ratione. Quia violatio præcepti Divini, in re graui, est lethalis. Sufficit. Iudico supposita probata esse. Primus, quod præceptum sit; ex textibus apparet. Sufficienter, & clare expositis tot Patribus (Secundum postea n. 48.)

46 Probatur etiam ratione. Omnes DD. Ecclesiæ (non loquor tantum de ijs, quos vides apertè ostendere præceptum) expressis verbis (vt infrà) circa ornatum, pretiosum cognoscunt, & concedunt dari peccatum graue: Sed dicit Apost. Rom. 7. *Peccatum non cognoni, nisi per legem.* Ergò

cognoscunt legem scriptam : sed punien-
dus est(ex Trident. sess. 4. §. Præterea) qui
contra vnam mem consensum Patrum,
ipsam Scripturam Sacram interpretari
audeat. Ergo.

47 Probatut ex reuelatis à SS. Virgine,
Maria , B. Birgittæ (cuius reuelationes
sunt approbatæ à Bonifacio IX. Martino
V. Urbano VIII. Eugenio III. Concilio
Constantiensi , & Basiliensi : vt in princi-
pio earundem libri ex grauibus Aucto-
ribus ostenditur) lib.8. c.57. *Mater Dei...*
Propter tria peccata, plaga venit super Regnū.
Scilicet propter superbiam, incontinentiam,
& cupiditatem. Et ideo Deus placari potest
per tria... Primum est. Quod omnes assumant
veram humilitatem in vestibus, habendo vestes
moderatas... Nec scissuras, vel fissuras vestium
dispendiosas, & vanas, & inutiles, quia talia
*displacent Deo... Mulieres etiam deponant ve-
stes ostentationis, quas propter superbiam, &*
vanam gloriam assumperunt, quia Diabolus
dictauit, &c. Ecce de Cœlo declaratum,
*ornatum pretiosum, esse peccatum, & vi-
tium : sed non esset peccatum talis actus,*
nec Regnum pro illo lueret pœnas, si non
esset lex : ergo datur : quod est primum,
suppositum asserti.

48 Secundum. Quod præceptum sit Di-
uinum, quis dubitabit ; & etiam positiuū,
quod

Reuelatio S.
Birgittæ.

quod Spiritu Sancto dictante, in sacra pagina traditur nobis ab Ecclesia obseruandum: in qua Scriptura audimus Dominum Iesum Christum? ut sup.n.41.ex Luc.10.& infrā ex D.Thom.n.75. & ex Trid. n. 94.

49 Tertium. Qnod assertum sit de re graui, clatum videtur. Quia est de re pretiosa, & noua, publica, & scandalosa. Quelibet enim seorsim est ita grauis; ut de pretiositate sola affirmet PP. dicti, esse materiam grauis peccati. Et dictum praeceptum 1. Tim. 2. dum loquitur absolute de pretiositate; potius intelligi debet in casu nouitatis, ut intellexit S. Ansel. sup.n.41. cuius est interlinealis. Et S. August. num.43. & 27. ex nouitatis sola causa, graue peccatum esse affirmat. Eccl. Regina Coeli loquens cum B. Birgitta, vbi nuper n. 47. prosequitur. Deponant vestes ostentationis, quas propter superbiā, & vanam gloriam assumperunt; quia Diabolus dictauit mulieribus contemnentibus mores Patriæ antiquos, & laudabiles, quandā nouam abusionem, & ornamenta indecentia in capitibus, & pedibus, & reliquis membris, ad provocandum luxuriam, & irritandum Deum. (Vbi aliquis Doctor, & Magister priuatim scribens (ut fertur) in favorem mulierum, cum ex collatura hodiē in Hispania incedentiū; supponit nō esse verba SS. Deipare, dum illa ex collatura vtuntur ex consuetu-

Nora S. seq. in-
fra.

Et non con-
tra.

di;

PRO MODESTIA: 59

dine, de qua (ait) non loquitur Dominus nostra.

50 Dico autem ego. Si consequentia magni viri est; integrum reuelationem non legit, quæ bipartita manet hic. Ex qua constat, quod ornatus ille, quem damnat Deipara, est vnum ex tribus peccatis, propter quæ plaga venit super Regnum. Dicere verò, quod Deus puniat Regnum, propter peccata singularia, & priuata aliquorum particularium, gratis erit, & nemo dicet, vel concipiet; aliæ verba ipsa contradicunt, si de particularibus intelligentur; quia non tria, sed plura, & fortè maiora, quam ibi notantur, essent in toto Regno: communia ergò tria peccata erāt, & consequenter communis ornatus ille, & consuetus; sed cur dicit. *Quandam nouam abusionem?* Quomodo fuit noua, si consueta? Quia nunquam virtus præscribit, nec peccati consuetudo supponitur. Ideò abusio semper est noua. Literalis ergò sēsus est. Noua in illa ætate, consueta in illo Regno. Patet in litera: non dicit de tali nouitate, qua. *Quisquis sic vtitur exterioribus rebus, vt metas consuetudinis honorum, inter quos versatur; excedat.* Quam etiam dānavit S. August. sup. n. 27. sed de alia peiorte, quia absueta. *Quia Diabolus dictauit mulieribus (non huic, vel illi) contemnentiibus*

*bus mores Patriæ sua (non illos, ait, pro tūc
confuetos, sed inquit) antiquos, & laudabi-
les. Consequenter denique non dicit. Hæc
vel illa mulier deponat, sed mulieres depo-
nunt. Quod si remedium commune à tali
depositione pendebat, & peccatum esset
aliquarum, illas exprimeret, ut moneren-
tur, & remedium reuelatum esset efficax,
sicut in alijs eiusdem reuelationibus vide-
tur. Sed quia non distinguit, nec nos di-
stinguere debemus. Ita clarus est sensus
ille literalis; quod omnes Senes Hispani, de
isto Regno idemmet dicunt, & plorant si-
ne reuelatione. Regnum ergo nullum ex-
cusabile fuit, quia consueta fuit malitia;
imò omnia Regna quæ consumpta sunt,
propter aliquam malitiam communem,
& consuetam petierunt. Hoc claritatis
gratia notaui, vt non intelligatur, quod
malum à nullo Patrum toleratum, & à tot
Sanctis reprehensum, à Regina Cœli per-
mittitur, quia consuetum; quin potius eo
ipso damnatur ab ipsa.)*

51 *Hanc nouitatem transcendentem
nouit, & minatus est Dominus per Soph.
1. aiens. Visitabo super omnes, qui indui sūt
veste peregrina. Ecce vestem communem,
& particularem, quia est peregrina, & da-
tur in multitudine; quis neget, quod illa
communis sit apud homines, & peregrina
apud*

apud dicentem Dominum?

52 Probatut asertum ratione. Primò. Circa ipsum vntem. Quia vnio pretiositatis, & nouitatis est inexcusabilis à superbia, & vanagloria; vel alium malum finem indicat regulariter, & nullum bonum; & etiam pessimum effectum causat; quia illa pretiositate superflua carent pauperes (superflua dixi, quia pretiositas introducta, non semper est superflua; sed noua, qua talis, semper) quod cum pœna lethali damnatum est in Scriptura; ut cum D. Gregor. & Beda notauit S. Bonavent. super c. 16. Lucæ, §. secundò, sic. *Et induebatur purpura, & byssus.* Habet autem hic vestimenta pulchra, & pretiosa, ad vanamgloriā. Vnde Gregorius. Nemo vestimenta pretiosa, nisi ad gloriam querit, vt honorabilior ceteris habeatur, & hoc quidem est reprehensibile, & peccatum. Propter quod Ecclesiastic. 11. in vestitu ne gloriiorieris vñquam, nec in die honoris tui extollaris. Peccatur autem in vestibus quadrupliciter. Primò propter pretiositatem. Vnde Beda. Si cultus pretiosarum vestium culpa non esset; sermo Dei non tam vigilanter exprimeret, quod diues purpura, & byssus indu-tus, apud inferos irremediabiliter torqueretur. Valde autem absurdum est, putridum cadaver pretiositate ornari, vnde possent multi pauperes sustentari. Vbi addita nouitate, nullus ma-

net color præseruatiuus ; sed hoc peccatum lethali pœna punitur , ergo est lethale .

53 Secundò probatur quoad proximū . Quia vno pretiositatis , & nouitatis est valdè inducta ad imitandum , & appendendum (cuius introductio in Rempublicam non est in manu inuentoris ; exemplū ex se prouocatium est ad imitationem , maximè infirmis , quod sufficit ad graue , & publicum scādalum , & ad ruinam proximorum . Ut dixit Domina nostra Beatæ Birgittæ , c. 52 . lib . 6 . Loquitur Deipara . Qui talia superba , & pomposa faciunt , & alijs dant occasionem imitandi illa , similes sunt aspersorio , quod impositum liquore ardenti , omnes comburit , quos aspergit) . Et data introductione , veterat̄ citius vestes Ciuium ; recentes , & prætiosæ , quasi inutiles vilescunt ; quo nobiles depauperantur , diuites extolluntur , & pauperes perduntur : sequitur ergo quasi infinitum malum numericè in facultate , & conscientia multorum , qua consequentia (vtinam incertior , & nunquam experta esset) debet commensurari antecedens , in quo imbibitur . Vnde qui præbet occasionem spiritualis , & temporalis ruinæ plurium (dum vnius sufficeret) nequit excusari ab scandalo publico , & con sequenter à Diuina sententia . Matth . 18 . 6 . Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis ,

istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Vae homini illi, per quem scandalum venit. Quæ probatio visibilis est, & sufficit.

54 Sed quia hæc probatio scandali (quæ multipliciter in sacra pagina repetitur) totum opusculum transcendit; opus est ut hic maneat communibus Glossis expressa, & quantum valeant verba dicta. Ideò expositio sequitur.

De Scandalo Expositio.

Scandalizauerit. Glos. ibi. Et si generaliter dicatur contra omnes, tamen hic specialiter contra Apostolos. Mola asinaria. Secundum ritum dicitur Provinciæ, ubi ista pœna est maiorum criminum. (id sentiunt D. Hieron. & D. Gregor. in Glos. super Marcum 9. de mola asinaria) Expedit ei. Quia multò utilius est innoxium granissima pœna vitam finire, quam lædendo fratrem, mereri mortem perpetuam. Expede notabilem, sententiam. Expedit. Ante scandalum, unius, mors pessima, potius quam æterna postea. Et quid verius? Sed potius est pœna temporalis, & æterna; quam annuncians alio sensu prosequitur. Vel per molam asin-

Exponitur prohibitus scandali.

Nota. Hæc Glosa magis sequitur litera Marci 9. cuius sensus apertius est ille.

nariam, secularis vitæ circuitus, & labor exprimitur. Per profundum maris, extrema damnatio. Lyra ibi. Scandalum aetiuè dictum, est dictum, vel factum, &c. (ut sup. n. 5. & 22. A quo multa de scando lege) quod est recte contra charitatem. Beda in Glos. super Marc. 9. vbi idem est textus. In quantum sine peccato possumus vitare proximorum scandalum, debemus.

55 Et antequam assertum deseram, est notandum, quod in praesentiarum incipit quædam superfluitas noua, quæ potius ab inferis resurgit (suppono manicatam, seu chirodatam, vulgo Mangotes, esse pernici-
sum excessum), vbi antiquitus damnata peribit; Scilicet cauda vestium muliebriū. Et hæc est omnimodè nouitas, & pretiosa superfluitas, scandalosa, nullo colore tolerabilis; acerrimè reprobata à S. Ambros. super Luc. c. 7. §. Sed quid existis in desert. A S. Chrysost. super 1. Timot. 2. hom. 8. lit. D. tom. 4. à S. Thom. 2. 2. q. 169. §. Respondeo. Cum Philosopho ibi. à S. Bernard. Senens. tom. 1. serm. 47. art. 2. per totum. à S. Antonino par. 2. tit. 4. c. 5. §. 3. à S. Carolo, cū suo Concilio quinto, vbi *De immoderatis sumpt. n. 2.* sic prohibet. Parochi singuli studium adhibeant, vt omnem luxum, cincinnorū ornatus, inaures (quod signum Diaboli S. Augustinus nominat) fucum, & uestes, in primis, quas

De caudati in-
dumenti dam-
nationis anti-
qua,

quas caudatas dicunt, Parochie suæ mulieres omnino deponant. De quo latius infra num. 162.

56 Necnon in Concil. Salzburgensi, titulo de prohibito, & illico vestitu mulierum dicitur. *Quod dolenter referimus, mulieres habitu induntur, satis in honesto, utputa caudam ad modum aspidis.* Vide latius infra n. 158. quod si obdormientibus superioribus, aspidis cauda crescit, colorabitur nomine spuriae consuetudinis, cuius tyranno imperio sufficit pro ratione voluntas, & difficiliter scindetur. Propter quod videant Pastores illud Ezech. c. 34. vers. 6. & 10. (& infra, n. 139.) & quod relatum de insuetis modo, pro consuetis dictum fuit tunc. *Quodque omne superfluum, ornatus canda est.* Et idem de manicatis debet intelligi. *Quod etiam de hominibus notauit S. Ambr. vbi num. anteced. & pro notabili sufficit.*

57 Contra dictum assertum non est formaliter modo, nec unquam fuit, quæ appearat in Auctoribus antiquis, vel modernis, aliqua contradictio, seu opinio. Quia nullus negat ornatum pretiosum posse esse peccatum multoties, & præcipue ex adinuentione. Et si pauci Auctores (quos supra tres non inueni) excusant nouitatē à mortali, vel pretiositatem; de ambabus

simil nullus loquitur. Ab scandalo etiam abstrahunt; de præcepto non discutiunt: & ideò locis Scripturæ, Glossis, & Patribus non respondent. Et cum hæc omnia influant in dictum assertum, non opponuntur. Adhuc tamen in sequentibus, non intacta manebunt eorum dicta. Iterum ergò interrogo.

*Ornatus pretiosus excedens statum
utentis, vel superfluus, neuterq;
leuiter, erit ne peccatum
mortale?*

58 **H**ic dubio accidit nouitas materiei, vel formæ, de qua dictum manet. Duplex responsum quærit. De pretioso excessu relato ad utentem; & de pretiosa superfluitate, absolute, seu sine relatione. Et quia de mortali quærit, levitatem omittit, & supponit veniale esse. Ante primam determinacionem suppono dari præceptum prohibens ornatum pretiosum, ut talem, sicut in tota præcedenti quæstione videtur. Et amplius est audiendus S. Chrysost. qui, hom. 28. in Epist. ad Hæbr. cap. 12. tom. 4. In Ecclesia (ait) verò ita ornatam procedere valde ridi-

culum....Cur ergò ingrederis ò mulier, nisi ve-
lvet repugnans Paulo, & ostendens quoniam
etiam si millies hoc dicat, tu minùs aduertis? An
ingrederis veluti, volens nos Doctores redar-
guere, eo quod vane ista loquamur? Dic enim
mibi, si quisquam Paganus, vel infidelis, audiat
cum legitur locus iste, in quo hæc Beatus præci-
pit Paulus, quid de nobis existimet? Nonnè ri-
debit? Nonnè Christianorum Religionem, de-
ceptionem, & seductionem esse iudicabit?

Iterum proba-
tur preceptū.

59 Et S. Ambros. in 1. Tim. 2. super ly. Si-
militer & mulieres, ait: Humili habitu mu-
lieres orare debere, habitus enim superbus nec
imperat, nec recta de se facit credere. Consequi-
tur, quod vult, ut gloria videatur, nihil con-
sequitura à Deo, nisi maculam; quantò en-
hominibus splendida videtur, tantò magis de-
spicitur à Deo. Et est partim in Glos. ibi. Et
S. Asterius hom. 1. de Diuite, & Lazaro, to.

13. Bibliot. PP. Sic Si præterea à T in clorem in-
genti mercede conducis, ut purpuram venatus
maritimam, eius animalculi sanguine vestem
inficiat, id verò hominis est immodicè lasciuien-
tis. Qui rebus creatis abutatur, nec habeat
vbi pecuniam superfluentem effundat. Eoque,
non immeritò talis ab Euangelio vapulat, ac
reprobatur tanquam mollis, & effeminatus,
cultumque, & ornamenta miserarum puellarū
mutuatus. Ipsique Paulo, & Diuinis vocibus,
non dictis, sed factis aduersantes.

60 Quibus illa duo præcepta , scilicet , quod Christus in damnatione diuitis supponit ; & quod ambo Principes Apostol . tradiderunt , contra pretiosam materiam ornatus , non dubia manent (vide alia duo præcepta , num. 72.) si autem hac pretiositate vtitur quis aliquandò ex rationabili causa , non erit peccatum , nec contra præceptum , ut dictum manet , §. 26. sed causa rationalis nō supponit excessum presitiositatis , respectu status personæ vtētis , quin potius specialiter ipse excessus prohibetur (non enim stat causa rationabilis , & excessus , cum nullus excessus sit rationabilis ; & sic vel modesta proportio , cæteris paribus , excessum supplet , vel hoc semel dato , & pretioso , non datur excusatio) ut notauit cum S.Gregor. S.Thom.infrā , nu. 65. Et Firinus cum S. Basil. num. 70. & S. Antonin. par. 2. tit. 4. cap. 5. §. 3. exponens Iy Apostoli . Vel ueste pretiosa . Sic . Id est excessiva suis status . Est enim talis excessus circumstantia aggravans , non excusans . Si ergò datur præceptum negatiuum talis rei , ut visum est , potius ut excessiva est . Ex quo securè proferam .

(*)

Prima Conclusio ad quæsitus.

61 **O**Rnatus pretiosus excedens non le-
uiter statum vtentis, ipsum lethali-
ter lredit. Probatur. Quia viola-
tio legis Diuinæ, in re graui, est mortalis.
Hæc est talis. Quod probatur, scilicet res
grauis (præceptum ex dictis supponitur.)
Primò. Quia in hac materia, vel nulla est
dabilis grauis, vel est hæc. Quod nulla sit
dabilis, nec aliquis dixit, nec potest ad-
mitti; quia dabile est peccatum graue, pœ-
na æterna punibile, ut cum omnibus DD.
Ecclesiæ comprobatum est; alias implicat
præceptum circa nullam materiam gra-
uem; sufficit saltem, quod præcepto pro-
hibita sit, ut grauis sit. Ergò dabilis est
materia grauis excessuæ pretiositatis, in-
qua peccatum graue sit. Quod talis sit
hæc, vel nulla. Probatur, quia nulla est ma-
ior. Ergò vel hæc est, vel nulla; vel si aliquæ
graues concedantur, hæc est una. Proba-
tur, quod nulla sit maior, ex verbis ipsis
conclusionis. Quia pretiositas, ex se, ma-
teria grauis est; excessus grauis est, quia
supponitur non leuis; quod ergo totum
resultabit, grauius, quam ex materia, &
forma graui? Nulla ergo maior in præ-

Prima respon-
sio ad dubium.

70 VERITAS

sēti materia est. Quod si Auctoritatibus SS.
tot, & maiora mala probari quāras. Sup. à
num. 27. & infrā legens, facile, & copiosè
poteris.

Non excusat
consuetudine.

62 Probatur secundò negatiū. Quia
nulla excusatio, vel color dabilis est, ut ta-
le peccatum diminuatur. Primo. Quia,
consuetudo excusatiua aliqualiter ornan-
di dabilis est; sed taliter æquandi nulla
vnquam fuit, nec supponitur, nisi abuso;
semper enim intelligitur usus pretiosus,
cæteris paribus, ut rationalis sit; aliás, cō-
muniſ dementia eſſet. Aliter. Quia cum
hæc differentia relatiua, idest pretiositas
respectu uentis excessiuia, peccatum mor-
tale constituat, ex dictis, & dicendis; non
eſt dabilis consuetudo de peccato. Cap.
vlt. de præscript. Cum generaliter sit omni
constitutioni, atque consuetudini derogandum,
que absque mortali peccato, non potest obser-
uari.

Graue incon-
ueniens, quod
omnes in ex-
cessu æquatur.

63 Probatur tertio ab effectu. Quia se-
queretur equalitas in externis, & nulla di-
stinctio personarum, nec ordo, quem vult
Deus in omnibus creatis, in Angelis, &
Beatis. Psal. 44.v.10. & Antiph. vlt. omniū
SS. in Astris, & Stellis. 1. Cor. 15.v.40. & in
Corpore mystico. Rom. 12.v.4. sic in mor-
tali corpore Reipublice. Aliás ut in exter-
nis eſſet licita equalitas, oportet prius
col-

PRO MODESTIA. 71

tollere diuisionem rerum, & Ius humanū.
S. August. cap. quo iure, d. 8. & peccatum
originis. Scot. 4. d. 15. q. 2. concl. 1. dum
non simus vbi non est meum , ac tuum . S.
Chrysost. propter quod S. Basil. in Regul.
breu. interrog. 210. vt citat Cornel. à Lap.
in ipso cap. Apost. 1. Tim. 2. *Alia enim ve-
stis (inquit) conuenit laboranti, alia quiescen-
ti, alia ministranti, alia Hero, alia Militi, alia
Ciui, &c.*

64 *Audi ex hoc plangere S. Hieron. ad
Demetriadem, Epist. 73. in sua. tom. 1. Di-
gna res risu, imò planctu, incidentibus Domi-
nis , ancilla virgo procedit ornatior, ut pro ni-
mia consuetudine quam incomptam videris,
Dominam suspiceris . Et ibi etiam ostendi-
tur pretiositas maior, que est temporis cō-
sumptio. Sic. Hac illis per dies singulos cura.
Colorare faciem, suspendere ex auribus patri-
monia, brachia ornare monilibus, ac latera .*
*Nec solum Sancti tantum malum repro-
barunt , & peiora consequentia . Proper-
tius lib. Eleg. sensit , quod in vestibus ali-
menta posteriorum ferantur. Matrona ince-
dit, census induita nepotum. Senec. de benefic.
lib. 7. pudorem desiderat in vestibus , vel
utilitatem . Video sericas vestes , si vestes vo-
canda sint, in quibns nihil est, quo defendi , aut
membra , aut corpus , aut denique pudor possit.
Solinus in Polyhist. cap. 58, magis luxu-*

*Ecce temporis
consumptio, &
damna sequen-
tia.*

riam, quam uestem prospexit. Hoc illud est sericum, in usum publicum, damno seueritatis admissum, & quo ostendere potius corpora, quam uestire, primo fæminis, nunc etiam viris persuasit luxuria libido. Sed noster Bernardinus de Bustis, Apostolicus, & Doctissimus vir. in Rosario, serm. 28. par. 5. §. quanto, to. 2. in excessu præsenti, professionem Christianam, cum S. Cypriano, violatam agnoscet ait. Tales enim mulieres excedentes status sui gradum in ornamentis, faciunt contra confessionem, quam fecerunt in Baptismo, in quo renuncianerunt Diabolo, & pompe eius. Et ideo eorum infælicem conditionem declarat B. Cyprianus. Dicens. Fæmina serico, & purpura induitæ, &c. ut num. 34.

Probatur ex superbia.

65 Probatur quarto (præter dictos effectus) ex consequata superbia, quæ potius causa est. Quia, ut B. ait Bonavent. sup. 52. cum B. Greg. & Beda. Vel D. Thom. 2. 2. q. 169. ar. 1. transcribens ipsum Greg. Nemo vestimenta præcipua, scilicet excedentia proprium statum, nisi ad inanem gloriam querit, ut honorab. &c. Ibi. Quod opponitur voluntati Diuinæ expressè, ut notauit B. Bonavent. ibi. ex Ecclesiastic. 11. In vestitu ne glorie unquam. Ex quo Sacrosancta Synodus 21. q. 4. c. 1. ratione communi fidelibus manifestat (videant ibi Clerici ubi magis) hanc veritatem, quasi

regulam tradens. Sic. *Omne quippe, quod nō propter necessitatem, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam, quemadmodum Magnus ait Basilius; quia qui molibus vestiuntur, in domibus Regum sunt.* Cuius damnationem prædixit Dominus per Sophon. c. i. illis verbis, quæ Apostolicus Missionarius Philipp. Diez in summa Prædicantum, verb. Ornatus. Cum Clement. Alexandr. ex ipsius lib. 2. Pedagogi, c. 12. tradit ad idem comprobandum. Sic. *Visitabo super omnes, qui induiti sunt ueste peregrina: Et visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen, in die illa: qui complēt domum Domini Dei sui iniquitate, & dolo. Sed & argentum eorum, & aurum eorum, non poterit liberare eos in die iræ Domini.*

66 Probatur quintò ex duplice scandalo. Primum est præbere occasionem suo malo exemplo, cæteris Conciuibus eiusdem status, & gradus ad id faciendum, cum nemo inferior illo iudicabitur; & aliqui sentientes, aliqui complacentes, illi ex elatione, hi ex appetitu, omnes de facto æquantur, quod publica experientia docet. Et etiam quod sæpiissime, & ut in plurimum damnata conscientia, plurimis vigilijs, laboribus, inedijs, vsuris, & inopia filiorum, facilitateque fœminarum, atque Virginis, tot sumptus conseruari possunt. Audi me.

Probatur ex
scandalo in-
sumptibus.

liùs S.Bernard.Senens.serm.44.tom.1. Ex tali nempè extimatione, qua quisque se reputat nobiliorem, & digniorem alijs, se & filios in pompis extollit, ut in talibus nullus sit terminus, nullus finis, nisi quem expendendi impossibilitas ipsa cogit. Imò quod dementius est, quidem pro se, & uxore sua, & filijs, pretiosis vestimentis adornandis, in suæ dispendium ultimum domus, mutuo denarios accipiunt ad usuram. Et D. Hieron, quem tradit Bernardin.de Bustis vbi sup. num.64. In tantū excrescit ornamentorum pompa, ut necesse sit magnas dotes filiabus dare ob quam causam, illi, qui plures habent, si nubunt unam, aliae in domo remanent usque quo senescant; vel non propter Deum, sed quasi vi moniales fiant. Taceo flagitia, quæ ex his sequuntur. De quibus inquit Hieronymus ad Eustachium. Pudet dicere, quot quotidie Virgines ruant. Quantas de suo gremio perdat Mater Ecclesia. Propter hoc cōparauit SS. Virgo hoc exemplum. Aspersorio, quod omnes comburit, quos aspergit. Sup. num.53. Si autem, ipsa Dominus nostra teste, plures, ad minùs scandalizans comburit; propter unum potest damnari vtens: dicente Domino. Qui autem scandalizauerit unum, &c. Sup. num. 53. quæ est prima ratio scandali.

67 Secundum scandalum est prouocatio ad lasciviam, quod, licet de hominibus par

par sit ratio, ac de fœminis, cum hæ tortiores non sint ad sentiendum, quamuis tardiores ad demonstrandum, tamen quia sexus pronior ad corporaliter complacendum, eo quod non armis, vel literis, sed pulchritudine famosior, potentior, laudabilior, & appetibilior contingit esse (ex quo taliter student in hac arte, ut dicat Clemens Alexandrin. lib.3.Pedagog. c.2. *Nimium sui ornandi studium, maius esse vitium, quam ebrietatem.* Sic Tiraquell.l.3.connub. num.7.) eaque passionali cura, notabilior resultat, ex quo de ipsis specialiter oritur præcedens, & magis præsens scandalum: Et ideo de illis accuratiū loquuntur Scriptura, & PP. in hoc, sicut & nos hic. Et non potest negari, hoc scandalum resultare ex ornatu mulierum, ex attestacionibus Divinis, in quibus fundatur D.Thom. vbi numer. nu.65.sed ar.2. §. Respondet. Dicens. *Muliebris cultus viros ad lasciviam provocat.* Secundum illud Prou. 7. *Ecce mulier occurrit illi, ornata meretricio, preparata ad capiendum animas.* Vbi laqueus meretricis illius demonstratur in ornatu.

68 In concordantia huius capturæ aliter citat S.Anton.Paduan. fer.3.in Passione, §.vlt. dicens. *Habent duo vitia. Alterum est ornamentum, quo frequenter furantur animas Deo. Mulier (ait Sapiens) pretiosam ani-*

animam viri capit. Quod prospiciens Apostolus precipit auelli talem curam, & abusum captiosum, ut prouocatio artificialis consummatur, & potius respectum, quam audaciam influant. Sic. *Cum verecundia, & sobrietate ornantes se.* Tot mala hoc præceptum prouidet.

69 Sed quia mulieribus vxoratis ornatū permittit hic B. Paulus. Quomodo intel-

Ornatus appetitarum corporalis, vel intrinsecus, vel nullus, sed spiritualis uebet esse.

ligatur, aperit sic. B. Petr. 1. Epist. 3. *Similiter & mulieres. Considerantes in timore castam conuersationem vestram, quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuplex.* Hoc est, quia timore prouocationis castè cum alijs conuersentur, extrinsecè non ornentur, quoniam intrinsecè suis viris sufficit. Et potius nec materialiter hoc concessisse, sed ornari interius virtutibus, cum modestia spiritus apud Deum. Cum solum talibus diuitijs est ille spiritus, in huius conspectu locuplex: quod maritis melius est. Sic apparet connexus principium, cum fine. *Quarum non sit extrinsecus vestimentorum cultus, sed qui absconditus, &c.* Sic intellexerunt SS. PP. & DD. multi, sed videamus communes Glossas.

70 *Æcum. apud Ha ye. ibi. Quarum cultus non sit exterius, qui situs est implicatura capillorum, & additione anri, aut palliori m- amictu.* Lyra. ibi. *Non sit extrinsecus capillatura apparenſ videntibus, quia hoc est ad prouocationem innocentiae.* Estius ibi. *Docet quo præcipue cultu, & ornatu mulieres se viris suis commedare debeant, videlicet interiore potius, quam exteriore, qui in sumptu, & splendore vestium consistit, ac viris plerumque dispensiosus, & grauius est.* Simile præceptum extat apud Paulum 1. Timot. 2. *Vocabulum cultus.* Græcè mundus. Ad tria præcedentia referri debet, hoc modo. *Quorum cultus non sit extrinsecus.* Menoch. ibi. Idem explicat Firinus ibi. ait. *Solum immodicum cultum reprehendit S. Petrus, & qui statum superat.* Ut S. Basil. docet in Isaia 3. *Vbi Propheta vanitatibus illis enumerandis multos versus impendit.* Traquellus verò multa alphabeta (quæ potes videre vbi citatur sup. n. 67.) Ut & Cyprianus, Clemens Alexandr. & Gregor. Naz. Sed verus, & genuinus mulierum cultus consistere debet in ornando interno homine, qui absconditus est. Et his etiam verbis prosequitur præsens textus.

71 In tantum ornatus muliebris no- cius est, ut etiam nuptis, corporalis prohibetur, vel saltem intrinsecum permit- tant Apostoli. Sed ad quid quætimus cō- mu-

munem probationem , dum nullus vnquam
negavit muliebrem cultum prouocare vi-
tos ad libidem ? ipse est labor huius sœcu-
li, quia sic despicitur hæc materia , omni-
bus confitentibus , quasi omnes negarent.
Concedunt omnes ex communi ornatu,
communem, & naturalem prouocatione;
accedit excessus, iam ferè communis , in-
pretositate , quo sit ipsa duplex prouoca-
tio, voluntaria , & culpabilis : inde oritur
periculum, inde scandalum publicum , in
nulla ætate maius; & adhuc omnibus con-
fitentibus, & videntibus , totum dictum
manet, & dicendum, sub tutela appræhen-
sæ opinionis , delictum minorantis ; ideo
textus, auctoritates, & rationes accumula-
re opus est, quasi omnes negarent.

*Ornatus di-
ctus , quibus
præceptis op-
ponitur.*

*Pro præcepto
modestia. Vide
num. 32.*

72 Et concluditur hæc prima probatio.
Quia non solum ex dictis , in ornatu pre-
tioso excedente statum vtentis violantur
tria illa præcepta dicta num. 59. & seq. sed
alia duo. Vnum ex Philipp. 4. *Modestia ve-
stra nota sit omnibus hominibus.* Et aliud ma-
gnum, quod querit, & non inuenit Tertull.
de cultu, c. 2. inquiens. *Expingamus nos, ut
alteri pereant. Vbi est ergo. Diliges proximum
tuum , sicut te ipsum?* Et ne dicas ipsum lo-
qui , quando pictura illa , scù multicolor
cultus intentione fit. *Vt alteri pereant.* Qua-
si solum tunc esset hoc malum proximo, &
ali-

aliter non esset, ut sic etiam præceptum amoueas; ipse prosequitur ibi. *Nolite vestra curare, sed alterius, nulla enim enunciatio Spiritus Sancti ad presentem tantum materiam, & non ad omnem utilitatis occasionem dirigi, & suscipi potest.* Attende ad sententiam. Qui utilitatem alterius debuit curare, non solum non malam, sed quam non habuit intentionem bonam, & prouidentiam debuit habere; quamuis suam temporalem postponeret ad utilitatem spiritualem proximi. Quia illa enūciatio Spiritus Sancti, de dilectione, non in tali occasione ad libitum, sed in omni occasione debet esse utilis proximo, in cuius fauorem fuit prolatā: nec aliter intelligi potest. Magna verba Doctoris! quod si actus esset utilis proximo, ut decebat, per consequens esset honestus. Quod etiam agnouit Plato, apud Beyerlinck. verb. Honestum. *Semper quod utile, simūl etiam honestum est.* Sed quia non honestus, non potest esse utilis, posita qualcumque intentione, vel ablata: ergo est contra charitatem, licet non haberet intentionem lèdendi, quando urgebat præceptum amandi. Præterea absque auctoritate, indubitatum est, multoties probatum, etiam, quod scandalum opponitur charitati, & abstrahit ab intentione: Ergo sine ista mala, semel orto scando, violatur hoc

hoc præceptum. Sed est in re graui, ex di-
ctis; ergo est mortale peccatum . Transeo
ad secundam partem dubij.

Secunda Conclusio ad quæsumum .

Secunda respō.
tio ad dubium.

73 **O**Rnatus pretiosus, ut superfluus, se-
clusa paruitate, est actus lethalis.

Hoc assertum intelligo probatum
omnibus vijs, quibus antecedens, quia in-
se ipsis conuertibilia sunt. Omnis enim
excessus est superfluus . Et omnis super-
fluitas est excessiva. Differunt adhuc, non
in se, sed ut hic afferuntur, in eo quod illud
afferitur relatiuè, scilicet respectu vtentis,
& hoc afferitur absolute . In quo supposi-
to vniuersalius est , saltim accidentaliter,
quantitatue. Quia in aliquo non est pre-
tiositas substancialiter excessiva , vel super-
flua ; potest tamen esse superflua in quan-
titate. Dato igitur excessu , vel superfluita-
te in pretiositate, eisdem principijs oppo-
nuntur, & eadem sequuntur mala; vnde si-
cūt hic currunt probationes ibi dictæ, ita
ibi hic dicendæ.

D.Hieron. tra-
dit præceptum,
circa ornatum.

74 Probat igitur hoc assertum D. Hiero-
nym. ad Celantiam Epist. 14. post med.
tom. I. tradens dicta verba Apostolorum,
ut præcepta, non tātum solutis, sed & nup-
tis.

eis. Sic. B. Petrus, vt ostendat quibus ornamé-
tis, etiam viris subiectæ fæminaæ decorari de-
beant, ait. Quarum non sit extrinsecus capil-
latura, &c. (n. 69.) hæc autem præcipiens non
eas iubet, squalore, sordibus, & horrentibus
pannorum assumentis tegi; sed immoderato
evltui, & nimis exquisito interdicit ornatui:
simplicem commèdat ornatum, atque habitum;
de quo & Vas electionis ait. Similiter autem
& mulieres in habitu ornato cum verecundia,
& sobrietate. Et S. Vincent. Ferr. Dominica
4. post oct. Epiph. in fin. ante notabil. ait.
*Decimus de omnibus mulieribus vanis, & pô-
pesis, qua licet fuerunt castæ, & honestæ, ex illis
tamen picturis, & vanis ornamenti, damna-
buntur.* Est enim hic, decimus fasciculus
damnatorum in sua moralitate. Et S. An-
tonin. par. 2. tit. 4. c. 5. §. 8. ornatum super-
fluum, & excessivum, mortale determinat.

75 Similiter S. Thom. (quietiam in 2.2.
q. 169. art. 1. in sua conclusione, probat cū
alijs PP. latè, dari in ornatu superfluo
multiplex vitium, ex varietate intentio-
nis, & finis. Addens ibi. *Etiam si non sit ali-
qua inordinatio ex parte finis.* Cuius ratio
est. Quia per se opponitur virtutibus hu-
militatis, per se sufficientiæ, & simplicita-
tis, vt sentit Andronicus. Pertinetque ad
iactantiam, ex Philos. 4. Ethyc. c. 7.) ibi. ar.
2. §. primò. arguens ait. *Videtur, quod orna-*

*Ex damnatio-
ne, intertur pec-
catum, ex pec-
cato, lex.*

Supponit D.
Thom. circa
ornatum, legē
Divinam,

tus mulierum non sit sine peccato mortali. Omne enim quod est contra praeceptum Diuinæ legis, est peccatum mortale. Sed ornatus mulierū est contra praeceptum Diuinæ legis. Dicitur enim 1. Petri 3. quarum, scilicet mulierum, sit non extrinsecus, &c. Et respondens §. ad primum, explicās illum texum, cum alio, ait. Non autem prohibet mulieres coniugatas ornari, ut placeant viris. Vnde Apostolus 1. ad Tim. 2. dicit. Mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate, ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut vestie pretiosa: per quod datur intelligi, quod soberius, & moderatus ornatus non prohibetur mulieribus, sed superfluis, & inuercundus, & impudicus. Estque sua conclusio. ibi. Excusans nuptias, ut viris suis placeant: & de solutis intentione ornatis, ut prouocent ad lasciuiam, quod Mortaliter peccant. Si autem ex quadam levitate, vel etiam ex quadam vanitate propter iactantiam quandam, non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale: & eadem ratio quantum adhuc est de viris. Vnde, quod. Non semper sit peccatum mortale. Suppositum est iam num. 58. cum levius materia non debet negari. Ideo, si levitas in vanitate, vel iactantia, vel aliter. Est quandoque veniale.

Et quod solute
mortaliter pec-
cant, sed non
semper.

Hic vniocan-
tor, cum D.
Thom.

76 Ipsius terminis Doctoris Angel. resolu-
uit Tiraquell. in 3.l. connub. num. 40. hanc
qua-

quæstionem de ornatu, & dicit. *Esse omnium
ferme Theologorum, cum D. Thom. ab imo. Et
eius Præceptor. Alex. Alens. in summ. par. 2.
q. 151. membr. 3. & par. 4. qu. 48. membr. 9. &
Astes. lib. 2. tit. 54. vers. Vtrum ornatus. Angel.
Clau. v. Ornatus. Bapt. Salicius eodem verb.
Anton. F' or. par. 2. tit. 4. c. 6. § 7. Mart. de Ma-
gistr. de temperantia. Vbi de virginitate. qu. 6.
Dionys. Caribus. Dominica 2. Adueni. serm. 4.
Bust. Rosar. 2. serm. 20. par. 3. c. 3. & adhuc
ipsc Tiraquell. n. seq. plures DD. refert.*

77 Probatur modò conclusio ratione. Violatio legis Diuinæ in re graui, est mor-
talis. Hæc est talis: ergò. Suppositum ma-
ioris, scilicet præceptum prohibens orna-
tum, vt pretiosum, manet clarum (præter
nuper dicta) à num. 41. & vt excessiuum.
à num. 58. & vt superfluum, à nu. 74. Mi-
nor potest iudicari sufficienter probata
in num. 61. (obseruatis dictis n. 73.) & n.
62. & 65. & specialiter in n. 66. Et quia in
Hispania facilior, & efficacior probatio
est experientia; vt hanc specialem ratio-
nem proferam, aliqua præmittam.

78 Bobadilla Polit. lib. 2. c. 17. n. 149. ca-
sc. 102. ait. *Es la mayor necesidad, que oy en
el siglo presente el remedio de esto, por traer oy
la mugeres de los Oficiales, lo que traran las
Reynas en dias festivos: por lo qual, ellas, sus
maridos, y padres pierden horas, y hazien-*

F 2 das:

*Quoc mala
Hispania tra-
hit excessus, &
superfluitas or-
natus. De quo
n. 82. 120. 259.
262.*

das: lo qual detesta, y su remedio encarga, el Maestro Abila, Epistolar spirituali. fol. 136. pag. 2. In cuius confirmatione tradit ius vetus, & nouum, & multos DD. ibi. Et Mariana lamentans mutationem Hispanorū, & damnum graue inferens, lib. 1. de rebus Hispaniæ, c. 6. ait. Nostra tamen ætate emolliuntur, labefactanturque vires eneruati, & peregrinis moribus deprauati, tam obsequio Principum, & licentia lasciuientis plebis corrupti. Nec libidini, nec sumptibus, nec vestium pretio modum faciunt. Vnde quasi ex summo voluente se fortuna, graues calamitates prudentibus videntur imminere.

79 Hi non scripserunt modò, & illa exorbitantia, constat experientia, non esse minor, sed maior in viris, & in fœminis; quia non solum seniores, sed quinquagenarij cognouerunt minus intemperatos cultus. Et quare de nostro tempore id, & magis non dicetur, quam illi scripserunt, & D. Hieron. & D. Bernardin. Senens. vt sup. n. 66. ? Et cur non est timendum omne malum consequi ex his antecedentibus, quod de facto multoties, notorijs exemplis euenit communiter, & particullariter. Ut tradit Beyerlinek. in Theatro Vitæ Humanæ, lit. O. verb. Ornamenta. sub titulo. *Mollities à Deo punita.* Et sicut exemplis, ita verbis suis reuelauit Deus pluries suis

suis Seruis. Et B. Birgittæ. Extrahag. c. 75.
 ubi dicitur. *Christus iratus propter vanam-*
gloriam ornatus cuiusdam damnandam , recto
iudicio affirmat , sed miserebitur si satisfaciat,
& modum satisfaciendi sic. In vestibus suis nō
sit unum filum,in quo deprehendatur superbia,
sed solummodo sit ad utilitatem. Et lib. 7. cap.
16. dicitur. *Filius Dei loquitur. Hac Ciuitas*
est Gomorra,ardens igne luxuriae,& superflui-
tatis, & ambitionis , ideo ruent structura eius,
& desolabitur. Ecce quomodo timenda est
illatio Marianæ; est enim à Deo reuelata si-
milis calamitas , & damnatio in indiui-
duo, in Ciuitate, & in Regno. Sup. nu. 47.

80 Adde, quod nemo Hispanus potest
 ex ignorantia excusari, quia de hac re
 communiter est admonitum, per tot Mis-
 sionarios Religionum, libros, & opuscula,
 quæ ad omnia usque oppida attigerunt.
 Nec ex defectu legum ciuilium ; quia in
 leg. connub. dicitur. *Fæmina maritis, aut*
præsentibus,aut futuris modeste se ornato. For-
mosasque vicumque poterunt , citra fucum effi-
ciunto. Viri negligentius , & quantum satis ad
munditatem , & dignitatem , ex more Regionis
tuendam,cultui corporis studento. Suntq; leges
plures Hispanæ priuatiæ,quæ citantur in
noua pragmatica Regia , promulgata an-
no 1674. Hi nolunt obedire. Propter quod
S.Bernardin.Senens.tom.2.sermon.47. de va-

Notum est tali
delictum Hi-
spanis, & con-
tra leges iuris;
(quarum tran-
sgressio pecca-
tum est.) de
Regni usque
ad præsens te-
pus. n. 193,

nis mulier.c.1.§.quinta iniquitas.ait. Septima iniquitas,dicitur. Transgressio Sanctorum, & iustarum legum. Solent enim iusta Dominia prouidere per leges , ac statuta , nè tanta vanitatum,ac superfluarum expensarum, in suis patrījs abusio inualescat : intelligentes , quia non solum in offensionem , & in detrimentum animalium,verum etiam , quod ex causis multis, in graue dispendium veniat Ciuitatum , & Patriarum; Unde,quit tantarum Sanctorum constitutionum fuerit transgressor,& fractor, secundūm Alexandrum de Ales. in 3. & secundūm D.Thom. 2.2.qu.96.mortaliter peccat. 9. dist. c.quicunque ; cum huismodi leges vim habeat à lege aeterna, à qua deriuantur . Sicut ipsamet sapientia Dei . Prou.8. ait . Per me Reges regnant , & legum conditores iusta decernunt. Ideo ait S.August.c.Imperatores.d.8. Quicumque ergo legibus Imperatorum , quæ pro Dei veritate feruntur , obtemperare non vult, acquirit grande supplicium . Ideo non excusat videre, quod Principes , & Iudices vident illico post promulgationem, oppositionem. & tacent . Ratio est, quod hoc non est malum, quia prohibetur , sed prohibetur, quia malum , ex quo non potest iudicari hoc esse licitum,dum tacent,nec ipsos consentire tacendo, non enim licet cōsentire; sed quod non possunt magis ; saltimque satisfacere volunt suo muneri , praecepi-

Non excusat
tollerantia Iu-
dicum,nec sup-
ponitur volun-
taria.

piendo eis, qui obedire tenentur. Vide n.
87. & 101.

81 Modò probatur sic. Quod grauiter bono communi lèdit temporaliter, & spiritualiter, non potest fieri sine graui peccato, siue ab uno, siue à multis; sed ita pretiositas superflua in ornatu: ergò. Major est ratio illata ex Constitutione Generali totius Seraph. Familiæ, in Cap. Gener. Romæ statuta, sic finiens. *Determinat totum Capitulum, ut nullus Fratrum presumat absoluere à supradictis, non affirmando, quod sit mortale, sed quia ita ordiaatum est inter nos, pro bono communi totius Christianæ Religionis.* Quam Constitutionem latius videbis infra, nu. 166. cuius fundamentum est de vanitatibus ornatus; in quo licet non affirmetur aliquid esse peccatum mortale; sufficit bono communi lèdere, ut absolu-
tio denegetur: ergò sentit tota hæc Reli-
gio, quod quamvis aliquis actus in se, non dicatur mortalis, tamen ex lèsione boni communis taliter aggrauatur; quod non posse esse absolutionis capacem censetur, ad quod aliam causam non est præcisum-
tribuere. Et ideo absolute ab illa priuati iussum fuit. Patet hæc intentio decreti, verbis antecedentibus. Ibi. *Nec per hoc af-
firma iuè, & firmiter tenemus, hoc semper esse
mortale peccatum;* Sed quod hoc expedit tota

Sufficie, ut op-
ponatur bono
communi, &
absolutione pro-
hibeat. De
quo n. 262,

Christianæ Religioni. Sed semper iubetur nō absoluere; ergo licet aliquando non sit mortale ex se; adhuc, quia bono communi Religionis expedit illius abstinentia, & regulatio; semper indicatur incapax absolutionis; quod nunquam de peccato veniali posset dici. Quæ ratio est transcendens, & efficax; quia passim inuenitur, non solum quod est specie malum, sed indifferens; vel aliquando bonum in se, quia accidentaliter lœdit bono communi, redditur pessimum, etiam accidentaliter. Et præcipue dum lœsio sit spiritualis. Vnde sequitur maior.

82 Minor, experientia debet concedi, qua patet, quod pretiosa superfluitas lœdit temporaliter, & spiritualiter bono communi. Superest dictum à Bobadilla, cu m Magistro Auila, & Mariana, n. 78. pro temporali. Superest expressum à D. Hieron. & D. Bernardino, n. 66. pro spirituali. Superfunt exemplaria, reuelationes, & leges, n. 79. & seq. Quæ hanc lœsionem supponunt, & probant. Quia tota Hispania est testis, & auctoritas huius veritatis, & probatio sensibilis, & ita generalis; quod licet aliquando pretiosa superfluitas venialis esset, propter hanc publicam, & grauem lœsionem semper manet mortalis; & si in aliquo, quavis causa particulari, permissi-

bilis posset esse; propter damnum com-
mune deberet abstineri. ergo.

Arguitur contra hucusq; dicta.

83 **D**icces adhoc ultimum. Vbi Respu-
blica iam læsa est, nemo lædit se-
quens usum communem. Et alias
nullus particularis tenetur illam refor-
mare; nec volens poterit: ergo ad sum-
mum non urget dictum, nisi contra tales
nouitates introducentes. De quibus solis
intelligi ratio est, illud de absolutione ne-
ganda. Ex quibus rationibus, prima pro-
positio negatur. Quæ patet falsa, eo quod
læsio Reipublicæ non est eff. etus perma-
nens, nec physicus; sed moralis, & depen-
dens à causa, in suo esse, & conseruari, si-
c ut actus à sua voluntate: implicat igitur
hodiè læsam esse, si nemo hodiè lædit
actualiter: Vnde secunda propositio di-
stinguitur. Nullus particularis tenetur
Rempublicam reformare; nec volens po-
terit: Totaliter, totum est verum; partialiter,
falsum. Ratio clara, & vera est. Quia
talis læsio Reipublicæ non est in corpore
separato ab ipsis membris lædentibus, &
ideo læsis; ideo ipsa membra conseruant
actiù læsionem, & ipsa læsio conseruatur
passi-

Arguitur pri-
mo.
Nota omnia
argumenta, que
in Doctoribus,
& opusculis pu-
blicis, & priva-
tis legas, hic in
uenies. Et ma-
gis.

passiuè in membris : ergò quilibet particularis tenetur propter læsionem actiua, & passiuam, id est proximi, & sui ipsius, nō cooperari in læsione corporis, & membrorum: Et potissimum, suam partialiē læsionem passiuam curare: Quod est reformatre Rempublicam partialiter sua abstinentia . Et oppositum graue peccatum, iam propter fratres . Sic autem peccantes in fratres, in Christum peccatis. Sup. nu. 9. ex 1. Cor. 8. Cuius illi membra sunt. Estius n. 10. Iam propter se. Quia illa læsione qua quis laedit, laeditur.

Quilibet particularis tenetur quantum est in se, damnum publicum vitare.

84 Et confirmatur. Quia si nullus particularis teneretur partialiter reformatre Rempublicam, grauiter læsam; nullus absolute teneretur, nec Regens, vel Caput. Probatur sequela. Quia læsio Reipublicæ, vel in particularibus est, vel nulla est: Sicut læsio corporis, vel in membris est, vel nulla est. Sed ex eo, quod nullus particularis teneatur, sequitur, quod in nullo est talis læsio, vel culpa (implicat enim aliquem habere culpam, & non teneri ad illam vitandam) ergò nulla est in Republica culpa, & sic non manet quid Caput teneatur reformatre: At hoc est implicatio, quia Respublica supponitur læsa; & ex hoc sequitur non læsa: ergo. Præterea. Diceret aliquis, quod nullus fixantium te-

PRO MODESTIA. 91

netur ad temperiem, eo quod multos manentes in rixa, vnu temperare non potest? Vel quod nullus latronum, quorum, multos à furto non potest vnu diuertere, tenetur abstinere? potius diceret oppositum; Quia graue damnum obligat grauiter ad remedium. Et quid est remedium damni à multis procedentis? quod singuli abstineant, & sic omnes: ergo omnes renentur: Non omnes vna potentia, & actu; igitur quilibet sua potentia, & actu particuli. Nisi forte quis velit dare actus communis voluntatis, quem omnes qui simùl tenentur; simùl etiam, & semel possint, & debeant elicere.

85. Etiam ob temeritatem tenetur specialiter quilibet Ciuis, videns notoriam, lesionem Reipublicæ, se temperare. Propter rationem, quam in præsenti materia offert B. Cyprianus de habitu Virg. relat. à Philipp. Diaz in summ. Prædicantū. verb. Ornatus in fin. Sic. *Quis non inexcretur, quod alijs fuerit exitio?* *Quis id appetat, & assumat, quod ad necem alterius pro gladio fuerit, & telo?* *Nunc quanta ignorantia viri est animi, quanta dementia id velle, quod & nocuerit semper, & noceat, & putare quod inde non pereas, vnde alios perisse cognoscis.* Nec enim Deus purpureas, aut coccinas oues fecit; aut berbarum succis, aut conchilijs tinge-

*Ester temeritas,
quod omnibus
nocet, in fin.
quis non vita-
re,*

re, & colorare lanas docuit. Quod Diabolus adinuenit.

Arguitur secū-
dō excusās. Ra-
tione multitu-
dinis, & consue-
tudinis.

86 *Quod si aliter dixeris, quod totum,*
*Regnum, vel Ciuitas non debet sic profer-
 ri damnatum, quia videtur temeritas, in-
 numeras conscientias iudicio humano
 damnare: nec est prudens zelus, timore, &
 terrore phantastico animas perturbare;*
nec Sapiens; quia ipsa Diuina Sapientia
*Prou. 30. ait. Qui vehementer emungit, eli-
 cit sanguinem. Nec verum est quodlibet
 malum semper esse graue, dum commune,
 & publicum est. Ut constat c. denique, d. 4.
 vbi B. Greg. dictis Sapientiæ verbis vtens,
 ratione consuetudinis decrevit malum,
 non paruum, cum venia permettere. Quasi
 determinans veniale esse, quod non con-
 suetum esset mortiferum. Et c. sanè de tem-
 pore ordin. Ratione multitudinis, & con-
 suetudinis, contra Sacros Canones Alex.
 III. crimen dimisit. Idque infertur ex cap.
 non potest. 23. q. 4. & cap. ut constitueretur. d.
 50. ex D. August. Et circa presentem mate-
 riam de ornatu vano, & pretioso, dixit
 Doctor grauis, de quibusdam rigorosè
 opinantibus, cum Psalmista. *Trepidane-
 sunt timore, vbi non erat timor.**

87 Respondetur eadem serie, per ascen-
 sum tale dictum legi. Doctorem non ne-
 go esse grauem, & ideo dixit accommo-
 da-

datiuē; quia verba illa sensum ipsius nūtiabant, non Psalmistæ, quem non allegauit pro se, nec tale velle posset. Cum prius probare deberet, quod illi (quos tacitè supponit oppositos, sed auctoritate, ad minus æquales) tales erant, quod *Non est timor Dei ante oculos eorum.* Et quod *Deū non iuocauerunt.* Ut sic sequeretur. *Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor.* Ut in Psal. 13. 5. & 52. 6. Vnde dictum non vrget, quia non dictum pro ratione, sēcū casu. Ad allegationem Canonum respondeatur, quod ijsdem pœna temporalis, & exterior dimittitur, & delictum publicum toleratur ratione multitudinis, ut videnti patebit. *Qua venia,* consuetudo relinquitur ibi, propter maius malum vitandum. Peccatum autē minimē decernitur cuelli, vel minui. Sic resoluta Glota super ipsū cap. denique. *Hoc ipsum dubium, aiens. Cōsuetudo excusat à pœna temporali, sed non à gehennali.* Et infrā (licet notet, propter duo cap. ultima dicta D. Augustini, ratione, scandali, scismatis, & multitudinis, sustinenda esse crimina, dicto sensu, adhuc) finit sic. *Hodiē non toleratur. vt extra de vita, & honest. Cler. à crapula.* Vbi Innoc. III. cōsuetudinem non tolerat, sed cōtra, pœnam constituit. Et Couarruu. in c. quamvis. de pactis in 6. par. 1. de periurio, n. 25. §. *Quidem.*

Multitudo, vel
cōsuetudo potius aggrauat,
vbi præceptum
Divinum oppo-
nitur.

tom. I. inquit. *Quod si aliquid verè illicitum sit, ac legi Diuinæ, vel naturali contrarium, profectio consuetudo, vitiumque sit longi temporis, minimè excusat à pœna temporali, & exteriori.*

88 Quod probatur ex eodem Alex. III. in Concil. Turon. c. non satis. de simon. dicente. Nec sub obtentu cuiusq; consuetudinis, reatum suum quis tueatur, quia diuturnitas temporis non diminuit peccata sed auget. Et S. August. c. multi 2. q. 1. ait. Non ergo, quos monemus agere pœnitentiam, querant sibi comites ad supplicium, nè gaudeant, quia plures inuenientur: non enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt. Et Concil. Later. cap. *Quia in omnibus de usuris. Multitudinē nō excusat, sed damnat pœna temporali, & spirituali. Vbi Glos. Propterea, quia multi sunt, non excusantur, etiam si omnes homines essent usurarij. Et cap. Inter dilectos. de excess. Prælat. prava consuetudo, qua excusatio palliatur, nuncipatur corruptela. Vbi notat Glos. Nemo auctoritate, vel consuetudine debet usurpare delinquendi licentiam, quia propter hoc magis punitur. Vide etiam 24. q. 1. scisma. & 32. q. 7. flagitia. & d. 25. unum orarium. §. Crimen.*

89 Propterea verum est, quod contra preceptum Diuinum, multitudo, vel consuetudo non præualet Regni, vel Mundi.

Sic

Sic in Adamo, Noe, Loth, & Iona visum est. Et in hac Mundi misericordiosa etate, non ita visum est; sed serè inter Catholicos ruinæ, & calamitates communes in Hispania sunt expertæ. Et B. Francisco reuelatum, Deum velle iaculare Mundum. Et plura Regna perdere propter vanitatem ornatus, à B. Birgitta fuit præuisum. Sicut relatum est num. 47. & infrā n. 146. Quod autem datur præceptum Diuinum, negatiuum circa pretiositatēm lupeſtuā ornatus, cum omnibus Doctoribus Ecclesiæ probatum est. Nec usque modo est aliquis Doctor, qui neget, in ornatu posse dari peccatum mortale, quod præcisè per legem cognoscunt. Vnde totum initium argumenti, ex pietate vulgariter dictum, quæ crudelis est, non urget. Quia si hæc veritas est in toto Regno, de toto dicenda est. Non ut puniatur, sicut potest esse, illa pietate dulci prænaleſcente; sed ut saluetur, hac amara veritate credita; Regnum autem dicitur totum, sumptum iij totum politicè, non metaphysicè: quia totum, constat non sic præuaricatum esse. Si vero esset, iam non esset. Præterea, lis hæc non est mecum: videantur Scripturar, Sacri Canones, Glossæ, PP. DD. Ecclesiæ, & Reuelationes ex dictis, & dicendis; si verè, si legaliter, si ad intentum traduntr; & cum

illis

Nullus Doctor
negat in orna-
tu posse dari
peccatum mor-
tale. Vnde præ-
ceptum non ne-
gant.

illis exerceatur illa pietas, quæ solo pri-
uato dictamine solet opponi.

*Arguitur ter-
tiò.*

90 Arguitur tertio ex n. 26. & 28. Orna-
tus pretiosus, non solum est indifferens,
sed bonus in altioribus personis: ut quid
ergo superfluitas in illis, ex proprijs, mor-
talis erit? hæc enim, ad summum, augmē-
tum est pretiositatis; sed pretiositas illis
bona est: ergo augmentum boni non po-
test esse malum. Cur igitur **absolutè** dam-
natur? Respondetur, quod bonitas pre-
tiositatis non est simpliciter, & absolutè,
sed relative, quia dignitatis, vel honoris
specialis pro signo concessa est. Ut ibi di-
citur ex S. August. aut aliquid significat,
&c. & ex S. Thom. n. 97. & S. Bonavent. vbi
sup. n. 32. ait: *Excusatur autem hoc ratione*
dignitatis personæ, ratione significantiæ, &
ratione cautelæ. Ad quod multiplex signum
non est congruum, nec ordinatum, nec fa-
cile dati. Quia quod sufficit, aliquid si-
gnificat; quod superest nihil, nisi vanitatè,
& superbiam; quod inaniter in nullius
obsequio consumptum, potuit pauperi-
bus fauere: quod damnatum est in Diui-
te, byfso, & purpura induto, Lazaro exu-
tiente. Et aliter, vt nu. 65. & cum semper
pauperes habeamus nobiscum, & nudos,
quibus aliqui à fortiori tenentur in extre-
mis subuenire, quibus relinquetur illud,
quod

quod Deus præcepit? Luc. 11. *Quod superest, date eleemosynam.* Et Ezech. 18.7. & Isaiæ 58.7. clamantis. *Frange exurienti panem tuum, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despixeris?* Vnde ius aliquod acquirit exuriens super bona potentium. De illo verò qui usurpat, dicitur Eccl. 3.4. *Panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est.* Vnde dare eleemosynam de superfluo, est in præcepto, ut dicit D.Thom. 2.2.q.32.ar.5. & defectum, vel omissione, peccatum mortale damnandum, ut patet. Mat. 25.43. *Exurini enim, & non dedistis mihi manducare.* Nudus erā, & nō cooperuisti me. Qui igitur tenerentur, aut quibuscum loqueretur; si cōsummentes pretiosas superfuitates excusarentur, illas conuertere in remedium egenorum? profectò quamuis ex iustitia non deberent Principes sudorem pauperibus (ut communiū est) ex hoc arcto præcepto charitatis sequeretur illud Diui Bernardi apud Bernardin.de Bustis in Rosar. tom. 2. serm. 28. par. 3. §. Ex prædic. Clamat (ait) nudi, clamant famelici: nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur, quod inaniter expenditis. Et S. Ambros. c. sicut d. 47. in fin. *Nudorum indumentum est, quod tu recludis.* Et Theophila &c. in glos. 1. Timoth. 2.9. *Quæ pauperum lachrymis es*

~~amicta.~~ Quod semper tendit in ignem. Ut Isaia 9. 5. *Vestimentum mixtum sanguine,* erit in combustionem. Et S. Bonauentur. vbi nuper, prosequitur. Peccatur in vestibus quadrupliciter. Secundo propter superabundantiam. Iac. 5. *Vestimenta vestra à tineis come-
sta sunt.* Sequitur. Thesaurizasti vobis iram in nouissimis diebus. Et hoc propter iniuriam pauperum. Hieronymus. Alienarapere con-
uincitur, qui temporalia ultra necessitatem ha-
bere comprobatur. Vnde licet *Glossa Estij* apud Haye super 1. Tim. 2. 9. excusat illu-
striores in preciosis, ob illud Proverb. 31.
sup. n. 26. etiam ait ibi. Si modus seruetur, &
vanitas excludatur. Et Tertull. de cultu, c. 9.
Si quas ratio compellit, ita pompaticas progre-
di, temperare saltem curate. *Quomodo enim*
paupertatem, quam Christiani profitemur, im-
plere poterimus? Ex quibus, propter super-
biam, & duplicem scandalum, ut num. 66.
propter fractionem virtutum, ut à n. 32. &
75. & præcipue charitatis, & præceptorum
dictorum, talis pretiosa superfluitas dam-
nabilis est. Vbi etiam aggrauat damnum
commune, præcipue in Hispania notabi-
lissimum inter illustriores, ex scando ip-
sismet orto, & alijs notis consequentijs.

91 Si dicas. Quod quando aliquid non
est per se malum; eius excessus qualiscum-
que, non est nisi peccatum veniale; sed or-
na-

natus conceditur indifferens, adhuc pretiosus: ergo eius excessus, quamvis includat nouitatem, vel superfluitatem, quæ intra speciem ornatus pretiosi cadunt, non potest esse mortale. Respondeatur primo, negando maiorem: quia comedere, bibere, & loqui, non est per se malum, & est indifferens quodlibet; & tamen non potest negari, quod in cuiuslibet excessu, possit dari mortale. Quod si hoc per accidens sequi dixeris, vel extrinsecè, quia interuenit præceptum, vel scandalum, scilicet aliud, quod accidit actionibus comedendi, bibendi, & loquendi: idem dico de ornatu, cum D.Thom. 2.2.q.169. in conclusione primi articuli, dicente. *Respondeo dicendum,* quod in ipsis rebus exterioribus, quibus homo vtitur, non est aliquod vitium, sed ex parte hominis, qui immoderatè vtitur eis. Vbi prosequitur multiplex modus abutendi cultum. Et quamvis maior omitteretur, concessa minore; consequentia illa negaretur ex suppositione præcepti, cuius materia prohibita, potest esse in actu mortalis.

92 Ad quod dices. Hæc est contradic^{tio}, quia concessum est à nobis, ornatum pretiosum esse indifferentem, & modo dicimus, eius materiam, in qua includitur ipsa pretiositas, quæ supponitur, eo ipso indifferens, esse prohibitam; ex quo sequi-

Arguitur quin-
tū.

tur non esse indifferentem; quod est oppositum. Respondetur, quod concessum est, esse indifferentem ut sic. Ideò potest contrahi ad bonum: ut patet in dictis locis Scripturę, num. 26. & in vestibus, Pontificibus, & Regibus, licitis; sed contractus ad malum, est prohibitus, & non indifferentes: ut quando excedit statum personæ, non leuiter; similiter superfluus, & nouus.

93 Dices adhuc. Quod non potest intellegi, dari præceptum de ornatu: quia hoc debet esse commune omni Mundo: sed de ornatu non potest dari regula communis toto Mundo, quia in quolibet Regno est differens, sicut in se indifferentes: quod clare explicat D.Thom. 2.2.q.170. art. 1. in fine. Sic ad tertium dicendum. *Quod præcepta Decalogi, ut suprà dictum est, sunt quedam universalia Diuinæ legis principia, vnde oportet ea esse communia.* Non poterunt autem aliqua præcepta communia affirmatiua, de temperantia dari, quia usus eius variatur secundum diuersa tempora, sicut Augustinus dicit in libro de bono coniugali; & secundum diuersas hominum leges, & consuetudines. Ergo. Ad quod.

94 Dicitur primo. Quod præceptum de facto datur. Quod satis probatum est. Et de actu ad potentiam tener consequētia. Contra hanc rationem nulla vrget; &

con-

Arguitur sexto

PRO MODESTIA. 101

contra verba Apostolorum nullus usus, vel consuetudo: quod ponitur inconueniens. Ut ex S. Isidoro c. usus. d. 11. usus auctoritati cedat. Primum usum lex, & ratio vincat. & c. seq. & c. consuetudinis ibi. Et Leo Papa c. hoc ibi. ait. Hoc vestrae indicimus charitati, ut Apostolicis institutis nullo ulterius recedatur excessu, quia iuratum post hoc esse non poterit, si quisquam Apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas. Quod de Sedis Apost. auctoritate posset dicere ipse Pontifex cum Tridentino sess. 4. De illis, quae ipsius Christi ore, ab Apostolis acceptae, aut ab ipsis Apostolis, Spiritu Sancto dictante, quasi per manus traditae, ad nos usque peruenierunt.

95 Dicitur secundo. Quod S. Thom. respondet, ut petijt argumentum: non posse dari illa præcepta affirmativa; sed negativa non dixit, nec potuit dicere; quia in ipsis præceptis Decalogi ponuntur quintum, sextum, & nonum, in fauorem temperantiae; & alia, quæ non ponuntur ibi in eius fauorem, & aliarum virtutum, quæ partes illius sunt; ponuntur in Sacra Scriptura. Propter quod ipse Sanctus in ambobus articulis, quos de temperantia, & illius partibus efformat ibi, contra argumenta obuiantia, quod in præceptis Decalogi non prouidentur aliqua, quæ ibi

Præceptum A-
postolorum à
Deo venit,

proponuntur, ad temperantiam, & eius partes pertinentia, ait. *In contrarium est autoritas Scripturæ.* Et in titulo conclusionis secundi articuli, ait. *Conueniens fuit, ut non solum temperantiae præcepta hominibus darentur, sed etiam de illi annexis virtutibus.* Quo declaratur sensus articuli. Et quod præceptum illud 1.Tim.2. in fauorem modestiæ, quæ est pars temperantiæ, agnouisset ipse S.Doctor. iam visum est n.75.

96 Aliter dices. Ex dictis cū D.Thom.
**Arguitur septi
mō.**
**An sine mala
intentione pec-
cetur?**

n.91- In rebus exterioribus nō est vitium, sed ex parte vtentis, & ex se patet: ergò sola intentio facit ornatum malum, qualiscumque ille sit. Et hoc nemo contradicit, quia cum mala intentione, non solum pretiosè, sed pauperi smē indutus, potest peccare mortaliter; quod ornatu accidit; & alijs se ornantibus alia intentione, non nocet: Ergò in his non potest esse peccatum. Probatur hoc. Quia in ipsis rebus physicis non est peccatum; nec in illis vtentibus intentione, quæ supponitur non mala: igitur nec in actu externo, nec interno vtentis est peccatum. Comprobatur: Quia consequenter ipse Angelicus Doctor in tota questione ornatu, nullam inordinationem assignat, nisi præijs intentione, vel affectu inordinato vtentis: ergò.

97 Respōdetur, quod taliter est certum,
quod

quod in ornatu physico non est vitium, quod nec mala intentio potest illum facere malum: Ipse autem actus ornandi taliter, malus est; nec absolute, sed quia prohibitus: Sicut caro, bona physicè est, sed actus comedendi illam in die Veneris, malus est, quia prohibitus, & in quo prohibitus est: & sicut ipse, qualibet intentione, vel nulla, malus est: Sic in vrente ornatus prohibitus. Et si Doctor Angelicus semper ab intentione inordinationem penderre supponit; est quia in sua, & in omni re & doctrina, talis intentio vel est, vel supponitur. Quia homo non mouetur ab extrinseco. *Ad imperium* (ait 2.2.q.168.ar.1. in conclus.) enim rationis, exteriora membra mouentur, unde manifestum est, quod circa horum motuum ordinationem, virtus moralis consistit. Et s. seq. *Ad primum ergo dicendum*, quod motus exteriores, sunt quedam signa interioris dispositionis, secundum illud Eccl. 19. Amictus corporis, & risus dentium, & gressus hominis, enunciant de illo. Et Ambros. dicit. in primo de officijs, quod habitus mentis, in corporis statu cernitur, & quod vox quedam animi, est corporis motus. Unde malus ornatu taliter connexus est cum mala intentione (vel è contra bonus), quod ex ipso ornatu supponitur à fortiori similis intentione, licet actualis non sit, vel sit forte

Intentio simili ornatui, vel expressa est, vel tacita.

traria, simulatione, vel arte, excusationis causa, quæ non valet (nisi actus ipse violentus sit) ut S. Cyprian. de habitu Virg. & in Glos. super illud I. Petri 33. ait. *Excusari non potes, quasi mente casta sis, & pudica; redarguit te cultus improbus, & impudicus ornatus.* Vide nu. 33. & 34. & 5. & 6. & 176. & 240. ex D. Thom. & Fer. 4. Ciner. lect. 2. ex D. August. Ex quibus, non dubiè firmatur, quod intentio talis est, vel supponitur, tacita, vel expressa, actualis, vel habitualis, sicut foris appetet ornatus.

*Intentio im-
plicita reduci-
etur ad explici-
tam, si bona,
vel mala.*

98 Illa autem intentio tacita, seu implicita, eiusdem speciei est cum explicita, in eadem doctrina, ut notat Caiet. in 2.2. qu. 43. § In eisdem. dicens. *Implicitum ad eandem spectat speciem, ad quam spectat explicitum.* Cum quo Bonac. in tom. 2. d. 2. qu. 4. punct. 2. §. vñica n. 12. id tenet, & Sanch. to. 3. Decalog. c. 6. n. 8. Et ideo tale peccatum est intentione implicita, quale foret explicita. Quod si est scandalis; distinguit Angelicus Doctor, eadem questione, in perse, & per accidens; id est cum intentione, & præter intentionem: quæ membra ad idem reducit in ratione scandalizandi. Sicut Caiet. ibi. §. antecedenti ait. *Et vult Auctor, quod perse causare peccatum alterius; distinguitur in perse, & per accidens scandalizare.* Ita quod omnis scandalizans, siue perse, siue

*Scandalizans
per se, & per
accidens, & quæ
dat per se oc-
casionem,*

siue per accidens, dat per se occasionem peccati;
& in hoc non distinguitur scandalizans per ac-
cidens, & per se.

99 Sed ex eadem doctrina Angelica di-
 ces. Quod ipse Doctor 2.2. q.169. ar.2.§.
 ad primum. Sequens Glossam in 1. Petri
 3. non fert hoc esse preceptum commune,
 sed tantum prohibitio cuiusdam delicti
 nuptarum, in eodem tempore accidentis.

In quo etiam (ait) casu loquitur Cyprianus.
 Quod in §. antecedēti probat cum D. Au-
 gusti. Sic. *Vnde Augustinus dicit in Epistola*
ad Posidium. Nolo ut de ornamentis auri, vel
vestis præproperam habeas in prohibendo sen-
tentiam , nisi in eis , qui neque coniugati sunt,
neque coniugari cupientes, cogitare debent quo-
modo placeant Deo . Illi autem cogitant quæ
sunt Mundi, quomodo placeant, vel viri uxori-
bus , vel mulieres maritis . Nisi quod capillos
nudare fœminas, quas etiam caput velare Apo-
stolus iubet , nec maritatas decet. (& prose-
quitur D. Thomas) In quo tamen casu, pos-
fent aliquæ à peccato excusari , quando hoc non
sieret ex aliqua vanitate , sed propter contra-
riam consuetudinem ; quamvis talis consuetudo
non sit laudabilis. Vbi habes, quod præcep-
tum fuit in tali casu , & non vniuersale ,
alias non permitteret S. Augustinus orna-
ri auro ; & cum hoc sit in ornatu pretio-
hus, & multorum statui excedens, & super-
fluum,

Arguitur olla-
 uo.
 Quod præcep-
 tum Apost. Pa-
 tri de ornatu,
 non sit commu-
 ne.

fluum; hoc totum manet permisum; & sic non potest esse mortale, cum non sit contra legem. Etiam habes, quod adhuc prohibitum, potest ex consuetudine excusari, licet talis consuetudo non sit laudabilis.

100 Respondetur ad primum. Quod S. Thomas clare, & expressè aperit suam mentem, ipsis loco, & verbis primo citatis. Quia prosequitur. *Loquitur Cyprianus; non autem prohibet, &c. sup.n.75. vbi cum vno Apostolo, alium intelligens, ait. Per quod datur intelligi, quod sobrius, & moderatus ornatus non prohibetur.* (quid ergò prohibetur ?) sed superfluus, & inuercundus, & impudicus. Hoc idem est, quod in toto hoc opusculo laboratur . Nec verba Glossæ iubent oppositum intentum; quia nec traditionem insinuat, in qua fundetur exposicio, nec aliquid ex propria mente determinat. Sic enim dicta Glossa incipit, ibi. *Videlicet, quod (sic finit) hoc fieri prohibet.* Et est ratio huius inusitatæ ambiguitatis, quia casus ille in textu nullum habet fundamentum. Sed omnes aliæ Glossæ, sicut & S. Cypriani ibi (cuius verba partim mandent nu. 34.) clare, & neruose fauent nostrum assertum.

101 S. autem Augustinus certè ibi tolerat oppositum suis voluntati, & sensui; respondens ad Posidium Episc. cuius subdi-

ti erant indomiti, superstitionis, & partim
 Donatistæ. Ut in Epistola patet, quæ inci-
 pit. Magis quid agas cum eis, qui obtemperare
 nolunt, cogitandum est; quam quemadmodum
 eis ostendas non licere, quod faciunt (& finit)
 moneantur interim miseri, ut si obtemperare
 nolunt præceptis salubrioribus, saltē sacrile-
 gia sua non defendant, nè maiori se scelere im-
 placent: quid autem cum eis agendum sit, &c.
 Ideò non dicit, quod permittat, sed quod
 non acceleratè condemnet. Nolo tamen de
 ornamentis auri, vel vestis, præproperam ha-
 beas in prohibendo sententiam. Et postea lo-
 quendo de nuptiis apud maritos, ibi ait.
Quibus solis permittendæ sunt fœminæ ornari,
secundum veniam, non secundum imperium.
 Nam verus ornatus maximè Christianorum,
 & Christianarum, non tantum nullus fucus
 mendax, verum ne auri quidem, vestisq; pom-
 pa, &c. Hic aperit suum sensum (& alibi, vt
 n. 43.) & sentit, quod taliter ornari, quam-
 uis sit solis maritis, est peccatum veniale:
 quia non utcumque permittendæ sunt, sed
 secundum veniam; eo quod prohibitus est
 ornatus immodestus. Ut dixit sup. n. 43. Et
 quod in expressa mente ipsius Doctoris
 tantum valeat ly *Secundum veniam, non*
secundum imperium. Patet ex ipso Enchy-
 rid. c. 78. tom. 3. vbi loquens de verbis Apo-
 stoli 1. Cor. 7. 5. ait. *Quod putari posset non*
 esse

esse peccatum, miseri scilicet coniugi, non filiorum procreandorum causa; nisi addidisset. Hoc autem dico secundum veniam, non secundum imperium. Quis autem iam esse peccatum negat; cum dari veniam facientibus, Apostolica auctoritate fateatur? Vnde apparet, quod contra suam voluntatem, propter maius malum vitandum, consuluit sustinere. Et de ipso dictum est num. 87. & 88. & notandum infra n. 121.

102 Ad vitium argumenti, dicitur. Quod D. Thom. non vult pro qualibet consuetudine excusare actum primum. Sed ad verba S. Augustini ultima, scilicet; Quas etiam caput velare Apostolus iubet. (addit) In quo tamen casu, &c. Quod si hoc extenderet velis ad similem casum; erit ad aliam consuetudinem non laudabilem; non ad vituperabilem; quia de non bona, ad malam non sequitur illatio. Et cur in hoc casu ampliat S. Thomas dictum Apostoli, & S. Augustini? Audi Angelum de Clauasio v. Ornatus §. 3. dicentem. Glos. super illud 1. Cor. 11. Mulier velatum habere debet caput. Dicit, quod aliquæ excusantur à peccato, quando hoc non faciunt ex vanitate, sed propter contrariam consuetudinem, & hoc tenet; quod cum hoc de se non sit impudicum, excusat consuetudo. Et hoc sequitur S. Thomas ubi supra, id est 2. 2. q. 169. ar. 2. sic ibi citatur. (Et sic)

sic in verbis pro præsenti argumento al-
latis in illa Glossa, fundatur ipse Doctor
Angelicus.) Sed illa Glossa ab Angelo
tradita, ablata est ab ordinaria, in nouissi-
mis, quæ accuratiùs sunt excusæ. Ut in
Antuerpiensi. ann. 1634. quam vidi; & po-
tiùs sunt aliæ oppositæ, sicut est modo di-
cta Augustini ad Posid. & alia Sedul. &
Primas. quæ dicit. *Mulieres eorum intellectio*
capite ad Ecclesias veniebant gloriantes in
crinibus; quod non solùm in honestum erat, sed
etiam concupiscentiæ fomenta praestabat vidē-
tibus. Et interl. causam prohibitionis esse,
ait. Nè Sacerdotes intuentes eius faciem, irri-
tentur ad libidinem. Et idem Lyra ibi. super
ly Propter Angelos, quos Sacerdotes intel-
ligunt. Clariùs adest sensus Eccl. 9. Auerte
faciem tuam à muliere compta. Vide Genes.
34. Reg. 2. c. 11. Mat. 5. 28.

103 Sed magis vrget textus ipse (vt in-
tactum non maneat.) Nam si non velatur
mulier, tondeatur; si verè turpe est mulieri tö-
deri, aut declauari; velet caput suum. (& in-
stat ex natura) vos ipsi iudicate. Decet mu-
lierem non velatam orare Deum? nec ipsa na-
tura docet nos, quod vir quidem, si comam nu-
triat, ignominia est illi. (Glossa) Coma est gloria
mulieris, quia naturaliter eam habet pro vela-
mine; coma enim indicium velaminis est, ut na-
turæ voluntas addatur; & ideo vir non est na-

Præceptum de
velando capite
feminatum
probatur.

Ignominia vi-
ri est comedere
nutrire.

turaliter comatus, quia non est velandus; & lex prohibet virum esse comatum. Et Lyra ibi. Per hoc enim reputatur mollis, & effeminatus. Unde Poeta. Sint procul a nobis inuenies, vi feminæ compti. Quid dicemus de Hispanis, se longissimis mortuorum capillaturis ornantibus; & alij viuentis emunt, quasi Absalonis capillos, pondere publico. Et quis contradicet? Ecce iam qui his molibus vntur, in domibus Regum sunt. Mulier vero (textus) si comam nutriat, gloria est illi; quoniam capilli pro velamine dati sunt illi. (vrgit adhuc ex consuetudine Ecclesiæ, & addit præceptum). Si quis autem videtur contexitiosus esse, nos talem consuetudinem (Lyra ibi. quod orent capite non velato) non habemus, neque Ecclesia Dei. Hoc autem præcipio, non laudans, &c. Interl. ibi. Sed vituperans. Glos. ibi. Non deserentis solertia requiratur, sed præcipientis auctoritas attendatur. Et hoc est primū, quod prohibet S. Petr. 1. Epist. 3. quarum non sit extrinsecus capillatura. Unde clarum manet, hoc non esse leue præceptum, & ideo semper est obseruatum, etiam apud hæreticos; & ob id non posset tolerari consuetudo opposita. Sicut non potuit tolerate S. Basil. ierm. de ebrietate, & luxu. In princip. aiens. Mulieres Christi iugum a suis cervicibus excutientes, capita honestis operia velaminibus, impudice retegentes, Deum,

Quid de co-
matis Hispa-
nis?

*Deum, & eius Angelos despiciētes, ad marium
aspectus impudentes, luxui tamen vacauerūt,
vestium sumptus ante oculos nostros traxerūt.
Hac itaque quomodo tacebo? Ex quo non
dubito, quod Doctor Angelicus, nisi fun-
datus in Glos. illa, quę hodiē ablata est, ali-
quas non excusaret ex consuetudine con-
traria, nec Angelus de Clau. quod potius
notandum est ad ultimam posteriorem
quæstionem. Sed Diabolus, qui non dor-
mit, iam introducit illustriores sc̄eminas
pompaticē, & partim nudas, sine velo in-
cedere: Superiores autem earum omnes
vident, & tacent. Quibus ergo relinquitur
loqui?*

104 *Ex quibus contra argumentum
resultat, s̄e sūm D. Thomæ esse, nuptias pos-
se ornari decenter tantū, non superflue,
ex impedimento p̄cepti. Quod etiam
est mens D. Augustini (in cuius sententia)
si aliquod excellum vanitatis addatur,
etiam apud maritos solos; est peccatum
veniale. De quo vide suprà. à n. 69. & audi
Tertull. de cultu, c. 4. & est Glossa. super 1.
Petri 3. *Vos solis maritis vestris placere de-
betis, in tantum autem placebitis eis, in quantū
alteris placere non curaueritis. Et c. 9. Si ergo
uxores quoque ipsos, sic habendas demonstrat,
tanquam non habeantur, propter angustias tē-
porum; quid de vanis instrumentis earum?**

Et

Et S. Chrysost. tom. 4. in Epist. ad Coloss. c. 4. homil. 10. circa fin. *Magnum quidem in se ipso malum, est studium illud ornandi, etiam si nullum aliud malum ex eo nasceretur, sed licet tunc, & citra periculum habere, ad vanam enim gloriam, & faustum imbuit.* Quid enim ornaris dic quæso? ut viro placeas? igitur domini hoc facias. Hic verò in contrarium fit. Si enim proprio placere vis viro, alijs nè cura ut placeas. Si enim alijs placere vis, non potes placere tuo. Oportebat enim, forum ingredientem, aut ad Ecclesiam procedentem, cunctum deponere ornatum: præterea verò, non placere velis viro, unde placent scorta: Filiolam habes, vide nè damni quicquam capiat. Solent enim filiola mores imitare maternos, &c. ultimum, quod dicit, sufficit ut primum sit efficacissimum.

Arguitur nono
Quod solum
contra charita-
tem, datur mor-
tale.

Nota. Quod
hoc argumen-
tum videtur
Caietani ver-
bis positis nu-
209 sed debent
regulari alijs
ipius positis,
num. 155. Sic
quod nō datur
mortale, non
laesa charitate.
Vt in n. 108 &
seq.

105 Est aliud argumentum tactum à quibusdam Doctoribus. Ad peccatum mortale exigitur, quod sit contra charitatem, & non sufficit ut sit contra aliquam virtutem; Sed superfluus, vel excessus ornatus, non est contra Deum, ut ex se patet, nec contra proximum; cum non sit ad dānum alterius, sed ad propriam vanitatem. Nec contra se ipsum; quoniam in nullo ledit se ipsum, nisi forte in fama; ut si haberetur ut stultus, vanus, &c. quæ leuis læsio supponitur: & alias (addit aliis Doctor) qui-

quilibet particularis est Dominus suæ famæ: ergò nec in vilo excessu, vel superfluitate laedit charitatem; & sic nunquam potest esse peccatum mortale.

106 Maiores illam nunquam intellexi, ut sonat. Quia constat violationem præcepti Divini esse peccatum mortale; & quod præter præceptum charitatis, datur præceptum fidei; Marc. vlt. 16. *Qui non crediderit, condemnabitur.* Et spei. Roman. 8. 24. *Spe salvi facti sumus.* Et humilitatis. Matth. 18. *Qui non humiliauerit se, non intrabit in Regnum Cœlorum.* Et in Decalogo sunt præcepta iustitiae, veritatis, & obedientiae. Plurium etiam virtutum. 1. Corint. 6. 9. Galat. 5. 19. quarum cuiusvis grauis violatio est unum numero peccatum mortale. Ergo sufficit quod sit contra aliquam virtutem, quæ non est charitas.

107 Et alias grauis violatio septimi præcepti Decalogi, quod est de iustitia, nec est peccatum mortale per se, nec augget illorum numerum; & consequenter nō petit de necessitate salutis restitutionem; contra illud iuris, ex S. Augustino. *Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Quod manifestum est, quia de furto non mortali non resultat restitutio sub mortali; & ideo fur debet absolui, & remitti pec-

catum, absque restitutio facienda. Quod si restitutio tenet sub mortali, hoc peccatum iam supponitur mortale, & est contra iustitiam in omni doctrina; & in omni doctrina, in creatis, iustitia non est charitas formaliter, nec realiter: ergo non solum contra charitatem datur peccatum mortale.

Replies.

108 Sed contra dices. Non potest adimpleri aliquid præceptum, non adimpta charitate, nec frangi, non fracta. Probatur, quia in uiolato fine præcepti, manet in uiolatum præceptum; sicut violato, violatum. Sed 1. Tim. 1. dicitur. *Finis præcepti est charitas*, igitur violatio, seu adimpletio cuiuslibet præcepti à charitate, prouenit. Et robatur, quia sola charitas est identificata cum gratia, & ideo sola inter virtutes charitas, & peccatum mortale sunt incompatibilia: ergo si peccatum non sit contra charitatem, licet sit contra aliam virtutem, non supponitur mortale, quia non expellit gratiam. Ad quod dicitur, quod non adimpta, id est non attenta charitate, potest adimpleri aliud præceptum. Nam charitatis præceptum posituum est, & non ad semper obligat. Ideo non est necesse, quod illud quod ex præcepto sit; ex charitate, vel per modum charitatis sit. Ut notauit S. Thom.

Respondetur.

2.2.qu.44.art.1. §.ad primum. (sequitur)
Ergo dicendum, quod modus dilectionis non cadit sub illis præceptis, quæ datur de alijs aliibus virtutum, quia sub hoc præcepto. Honora patrem tuum, non cadit, quod hoc ex charitate fiat: cadit tamen actus dilectionis sub præceptis specialibus. Et 1.2.qu.100.art.10.§.ad primum, ait. *Non dixit, si vis ad vitam ingredi, serua unum mandatum, sed serua omnia mandata.* Et cum ista sint duo præcepta affirmativa, non obligantia ad semper, possunt pro diversis temporibus obligare. Et ita potest contingere, quod aliquis implens præceptum de honoratione parentum, non tunc transgrediatur præceptum de omissione modi charitatis. Nec vera est rigorosè prima propositio replicetur, quoad secundam partem; quia potest frangi aliquod præceptum, non fracto formaliter præcepto charitatis, licet charitas ex consequuto deficiat. Eo quod mortuus Deo, non potest manere in dilectione. Sic etiam S.Thom. 2.2.q.24.art. 12. & ideò deficit charitas, quia præceptum aliud mortaliter fractum fuit, & transgressio expulit gratiam; vel quia alijs, ipso actu formaliter fuit fractum speciale præceptum charitatis. Ut dixit S.Thom. *Qui honorat parentes, tenetur ex charitate honore;* non ex vi huius præcepti, quod est. *Honora parentes, sed ex vi huius præcepti.* Diliges

Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Et cum ista sint duo præcepta affirmativa, &c. Ut super hoc s. ex quo sequitur, quod observatio aliorum præceptorum est necessaria ad vitam æternam. Nec intelligitur bene simpliciter. Finis præcepti est charitas. (quia sequitur ibi) de corde puro, & de conscientia bona, & fide non ficta. Sine quibus non sufficit, si supponatur vera charitas, quia non est adæquatus finis, sine alijs virtutibus, quibus comitatur. Ut dictum est cum D. Thoma, & Scoto nu. 38. & ad præsens intentum, & textum docuit ipse Angelicus Doctor 2.2.q.44.art. 1. s. Respondeo. Omnes enim virtutes, de quarum aliibus dantur præcepta, ordinantur, vel ad purificandum cor à turbinibus passionum, vel saltem ad habendum bonam conscientiam, vel rectam fidem. Et hæc tria requiruntur ad diligendum Deum. Ad corroborationem replicæ concedit identitas charitatis, & gratiarum, & sequens propositio absolutè, & de potentia ordinata, propter causalem. Et negatur consequentia. Quia cōpatibilitas virtutis infusæ. v.g. Fidei, cum mortali, non arguit, quod contra fidem directe non possit dari peccatum mortale; nam cum mortali peccato non compatitur ipsa fides, sed cum peccato opposito alteri virtuti; & tunc non viua, sed mortua. Vnde apparet, quod

quod singulæ virtutes respiciunt peccata mortalia specie diuersa, à quibus excluduntur; siquidem per peccatum contra charitatem, non excluditur fides absolute, sed per peccatum contra ipsam fidem; & cum exclusio fidei sit mortalís, sequitur etiam, quod peccatum contra fidem sit mortale, expulsiu[m] charitatis, & gratiæ: non verò expellens gratiam propter charitatem, sed charitatem propter gratiam; quia peccatum illud non opponitur formaliter charitati, & gratiæ; sed fidei, & gratiæ, quā[m] expellit cum charitate, propter identitatem.

109 Ideò maiorem illam, quæ fundat argumentum, sic absque dubio intellexit arguens; ad peccatum mortale non sufficie, quod sit contra aliquam virtutem solam, idest, si per consequens non lædat charitatem: sed ornatus nullus est contra Deum, vel proximum, vel eo vtentem; hoc est secundūm se. Ut intelliguntur arguentes, & debent intelligere. Et sic sunt veræ maior, & minor. Quia nullus ornatus taliter est malus, quod aliquando non sit excusabilis, saltim à mortali (dum positius sit; idest ornatus tegens, non detegens, qui ornatus non est, sed carentia ornatus.) ex quibus non sequitur consequentia argumenti. (Et omitto illud famiæ, ut directius

An licet pos-
sit quis suam
famam contem-
nere? procedam. Licet verum sit, quod læsio fa-
mæ alienæ non dimittitur sine restitutio-
ne. Ut probat Scot. 4.d.15.qu.4.s. Contra.
Et quod ex ordine charitatis, magis de-
bet quis diligere suam, quam alienam, &
plus famam, quam diuitias. Ex Prover. 2.
Melius est nomen bonum, quam diuitiae multæ.
Etiamque prodigalitas peccatum est, ut
probat S.Thom. 2.2.q.119.ar.2. infer mo-
do, si Domino suarum diuitarum non li-
cer despectiosè illas perdere, vbi charitas
etiam læditur; quid de fama?)

Ornatus quan-
tum ad effectus,
pertinet ad cha-
ritatem Dei, &
proximi.

110 Dixit enim ad intentum D.Thom.
2.2.q.170.art.2.s. Respondeo, dicendum.
*Quod virtutes temperantiae annexæ, dupli-
citer considerari possunt: Vno modo secundum se-
ali modo secundum suos effectus. Secundum
se quidem, non habent directam habitudinem
ad dilectionem Dei, vel proximi, sed magis re-
spiciunt quandam moderationem eorum, quæ
ad ipsum hominem pertinent. Quantum autem
ad effectus suos, possunt respicere dilectionem
Dei, vel proximi; & secundum hos, aliqua
præcepta in Decalogo ponuntur pertinentia ad
prohibendum effectus vitiorum oppositorum
temperantiae partibus. Sed ornatus pertinet
ad modestiam, ex illius quæst. antecedenti.
Et hæc est pars temperantiae, ex eiusdem
quæst. 155. art. 3. ergo secundum effectus
suos potest ornatus ad charitatem Dei, &
pro-*

proximi pertinere. Hi autem effectus sunt facta externa, quibus potest quis scandalizari, quamvis non effici actus malus in se, sed apparenter, vel habens speciem mali, ut sacer dictum est, & etiam ait D. Hieronym. super Matth. 15. ut tradit D. Thcm. ibi. q. 43. art. 1. §. Sed Quando legimus. Quicumq; scandalizauerit. Hoc intelligimus qui dicto, vel facto occasionem ruinæ derit. Scandalum autem specialiter charitati opponitur. ibi. art. 3. §. Sed contra. Specali virtuti, speciale peccatum opponitur: Sed scandalum opponitur speciali virtuti, scilicet charitati. Dicitur enim Rom. 14. Si propter ebum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas.

111 Et Caietan. in summa v. Scandalum. Scandallum (hoc est dictum, vel factum minus rectum, occasionem spiritualis ruinæ praebens) peccatum est, quia charitati (qua spirituale bonum proximi amare ita debemus, ut non in periculum ruinæ ponamus) opponitur. Commititur autem dupliciter: vel per se, hoc est ex intentione, ut alter peccet; & sic est speciale peccatum, & est mortale vel per accidēs: hoc est non ex intentione, ut alter peccet. Et hoc duobus modis fit. Aut committendo aliquid, quod habet speciem mali; & sic etiam est speciale peccatum, quia ad scandalis speciem hoc peccatum reducitur. Aut committendo ali-

quod verè malum. Sed primo modo non est ad qualitatem actus in se spectandum, (qui sola apparentia mali in illo ponitur) sed ad periculum ruinæ alienæ. Si enim ex actu meo, habente mali speciem, audio à fide dignis, ignoantes, aut infirmos scandalizari (hoc est , disponi ad ruinam peccati mortalis), abstinere debet, donec informentur, & clarificantur de bontate, & qualitate operis; ita quod peccarem mortaliter, non curando de pusillorum ruina. Vide te (inquit Christus, de hac materia loquens), nè contemnatis unum ex his pusillis . Et hoc de attilio scando intellige . (quam doctrinam consultò dilataui, ut melius ipsum Doctorem infra intelligatur consonum cum D. Thoma, qui ubi nuper art. 2. §. Ad secundū. Dicendum (ait) quod scandalum attuum potest inueniri separatim ab alijs peccatis. Utputa cum aliquis proximum scandalizat, facio, quod de se non est peccatum , sed habet speciem mali. Et ibi. art. 4. §. Respondeo . Scandalum attuum si sit per accidens (id est præter intentionem scandalizandi) quandoque est peccatum mortale ; siue quando committit alium peccati mortalis , siue quando contemnit salutem proximi; ut si pro ea conseruanda , non prætermittit aliquis facere , quod sibi libuerit.) Si enim ex ornatus effectibus potest prouenire scandalum, & de facto provenit, quia datur ornatius meretricius. Prou. 7. Vnde

Scandalum op-
ponitur chari-
zari, & ornatus
scandalizans,
secundum esse-
dum.

fatetur D.Thom.sup.n.67.quod *Muliebris cultus, viros ad lasciviam prouocat.* Et eodem loco , quod *Eadem ratio quantum ad hoc est de viris.* Et scandalum iedit charitatem, cum intentione, vel sine illa; cum aetate malo, vel non malo . Ergo est contra proximum,& contra Deum. Quia *Peccantes in fratres,in Christo peccatis.* 1.Cor.8. & quia plura dicta pracepta frangit, & sic est etiam contra ipsum utentem ipso ornatum?

112 Et haec de argumentis , quae sic sola ratione inuenio,& sic sine auctoritate, additis rationibus , trado . Omitendo alia, quae specialiter ad ornatum mulierum pertinent , in sequenti questione videnda. Et in omnibus sequutus fui Doctorem Angelicum , ut videatur, quod non legali formalitate aliqui volunt in oppositum dictis , illum esse patronum ; cuius nulla auctoritas, in pro, vel in contra, circa hanc materiam notabilis , est omessa . Et Card. Caietani dicta , qui benignior videtur, & ut talis primus citatur , si accuratè legas, & cum ceteris ipsius doctrinā componas, non oppositum inuenies . Et sic probo, quod sicut D.Thomas.

*s. Thomas fuit
nullo facie op-
positum dicis*

(*)

Nulli-

Nullibi opponitur Caietanus.

Caietanum, pro
batur in nullo
opponi.

113 **I**pse Cardinalis super quæstionem
ornatus, quæ est D. Thomæ in
2.2.q.169. ait. §. Ad obiectionem autem
in oppositum; quod huiusmodi excessus,
cum nouitate, præsertim est contra dilec-
tionem proximi (& excusat, ex eo quod
hoc sit præter intentionem, se ornantis, &
ideò ait.) *Nullus actus contra charitatem*
proximi fit per se loquendo. *Grauitate* tamen
peccant primi utentes nouitatibus, occasionali-
ter damnosis proximo, præferentes suæ vanite-
tis affectum, proximorum necessitati. *Quia* ta-
men excusare se possunt, dicendo, non imitetur
nos, qui non potest, qui non vult: faciat unus-
quisque sumptus iuxta suas facultates, & non
sit stultus. Ideo nec contra charitatem, nec con-
tra iustitiam, actus iste est. Valde tamen repræ-
hensibilis propter multas deformitates, & gra-
ues, quas habet, dum & consuetudo violatur, &
occasio damni datur, & inanis gloria, ac stulti-
tia, non sine scandalo committitur.

114 Ecce loquitur de excessibus, & no-
uitatibus, quæ, per se loquendo. & præter in-
tentionem scandalizandi, certum est non-
opponi charitati, vel iustitiæ; & adhuc.
Grauitate peccant primi utentes. Quare? quia
sua

*sua inanis gloria, & stultitia non sine scandalo committitur. Scilicet dantes occasionem, damnosam proximo. Valde reprehensibilis, propter multas deformitates, & graues quas habet. Quod si per se non opponitur charitati, opponitur per accidens; eo quod scandalum illud est per accidens, quia præter intentionem, & non per se, sed per se opponitur *Inanis gloria, ac stultitia, prudentiae, & temperantiae, quæ virtus (sicue nuper.n.110.dixit D.Thomas) secundum se non respicit dilectionem Dei, vel proximi, sed secundum suos effectus; ideo etiam ex opposito resultat scandalum per accidens. Quid ergo interest, quod formaliter, & à priori neget peccatum mortale, dum illud concedit à posteriori?**

115 Quod clarius explicat ipse Caietanus, & suum sensum, totam quæstionem claudens, & modificans. §. Ad quintum. Sic. Et scias, quod hec omnia supra dicta, ut toties expressum est, intelliguntur de ornatu, secundum se. Propter iactantiam autem, aut superbiam, aut alium malum finem, iudicate illum iuxta peccatum, quod ex illo malo fine committitur. Nam si iactantia illa est venialis, ornatus erit venialis; & si mortalis, erit mortalis. Et propter ea in litera dicitur, quod propter iactantiam ornatus, non semper est mortale peccatum. Et simile est de superbia, &

alijs

alijs finibus malis . Et hic est quæstionis suæ finis . Hic limitat , & modifcat quidquid in quæstione dixit . Cum autem præter *Multas deformitates , & graues , quas habet;* hic , vel ille ornatus , scandalum oriri concedat . Iam iudicandum aliter tradit ornatum , iuxta scandalum datum , vel *Iuxta peccatum , quod ex illo malo sine (multiplici) committitur .* Quod si scandalū oritur præter intentionem . Non minus est , dum ipse dixit cum D.Thom.n.98. quod *Omnis scādalis zans , sīne per se , sīne per accidens , dat per se occasionem peccati .* Et ibi , quod *Implicitū ad eandem spectat speciem , ad quam spectat explicitum .* Quod clarius dixit , ou. 111. quod scandalum actuum per accidens . *Hoc est nō ex intentione , est speciale peccatum , quia ad scāndali speciem hoc peccatum reducitur .* Ergo quamvis deficiat intentio mali finis , implicita est , quæ ad explicitam reducitur . Sicut actuum per accidens reducitur ad per se . Et hoc quamvis malitia facti sic in pretiositate , excessu , superfluitate , vel novitate . Vel non sic formaliter , vel positiuē malitia , sed apparentia , vel species mali , quia ibi dixit , quod tunc *Non est ad qualitatem actus in se spectandum (quia sola apparentia mali in illo ponitur) sed ad periculum ruinæ alienæ .*

116 Quid etiam obstat , quod in eadem
quæ-

quæstione ornatus, dicat, hos actus non
pertinere ad charitatem, ideo non esse
peccata mortalia? dum finit. *Omnia, ut to-*
ties expressum est, intelliguntur de ornatu secū-
dum se. Ut n. anteced. verissimum est, quod
secundum se pertinent ad modestiam, re-
perantur partem, & non ad charitatem
directe. (& ideo si ex alio capite attinger-
ent scandalum, non opponerentur chari-
tati, nec attingerent mortem: Quia pecca-
tum mortale, non completur sine laesione
charitatis, licet non inde semper refultet
duplex. ut n. 108. At dato mortali; charita-
tem laedere, per se, vel per accidens, necesse
est.) Sed ibi concedit multiplex peccatum
mortale, & etiam scandalum oriri solere,
ex ornatu: igitur licet secundum se ad cha-
ritatem non pertineat, per accidens perti-
nere concedit. Nihil etiam obest, quod
ultimo §. quæstionis dicat, quod mulieri
non debet imputari culpa alterius, quia
Cum unumquodque secundum propriam cau-
sam indicandum sit, & non secundum occasio-
nem; propria autem causa sit voluntas concipi-
scientis viri; mulier autem se ornans vanè, nec
per se, nec per accidens volens se concupisci; nō
causa, sed occasio tantum sit ruina alterius: non
est mulieri imputandus casus viri concupiscentis:
& quamuis det mulier operam rei illicitæ;
ex eius tamen opere non causatur ruina alte-
rius,

rius, sed ex mala voluntate virorum; & propter ea cunctus iste remotus, & non intentus, non est ei imputandus. (vbi sequitur finis quæstionis, positus n. anteced.)

117 Hic respondet ad argumentum, quod proponit vanitatem leuem, & peccatum veniale expressè, absque intentione, & non supponit maior excessus ornatus, vel notitia aliorum periculi; & responsio est legitima de scādalo passiō, & accepto, quod supponit à fortiori, ex verborum. Dicit enim, quod peccatum mortale in videntibus causatur *Ex mala voluntate virorum*. Igitur non est scandalū pusillorum, quorum voluntas supponit hominis infirmi, non malitiosi. Ut dixit Glos. nu. 11. & sic est in argumēto, quia prouocationi veniali, non correspondet ruina mortalis regulariter, sine malitia, ruentis, quæ de facto, & expressè supponitur in argumēto. Ergo non ex occasione data, quia non fuit sufficiens regulariter, sed accepta, perierunt. Vnde non est imputanda eorum ruina mulieri in iudicio, in quo consequenter, de se sola rationem, debet dare: & sic non secundum occasionem, quæ relativa est, & occasio leuis non refertur ad ruinam mortalem, absque notitia prævia infirmitatis ruentis; sed secundum causam absolutam, id est voluntatem, qua

qua illum, & alios actus sibi elicuit.

118 Et quod hæc sit mens ipsius Docto-
ris, clarum est. Quia ipse dixit de scandalô
actiuo, præter intentionem malam, vel in
se non malam. n. 11. Non est ad qualitatem
actus in se spectandum, sed ad periculum ruinæ
alienæ. Hic autem de facto spectat ad qua-
litatem actus, & non ad ruinam alienam:
ergo non loquitur de scandalô actiuo, vel
dato, sed accepto. Item S. Thom. 2.2.q.43.
§. Ad quartum, dicit. *Dictum, vel factum*,
alterius, potest esse dupliciter alteri causa pec-
candi (licet hanc causam imperfectam esse
explicet §. anteced. ibi.) & Cajetanus ibi.
§. Secundum, & alijs verbis positis, nu. 98.
occasione scandali actiui per se, vel per
accidens, quod est præter intentionem, di-
cit *Causare peccatum alterius*. (quia insuit
moraliter in voluntatem non paratam, sed
renitentem debiliter .) Ergo hic non de
codem scandalô tractat, in quo ipsa occa-
sio, quam petit definitio scandalî actiui, ab
ipso tradita, est causa; dum mulierem ex-
cusans; non per occasionem, sed per cau-
sam, rationem reddendam esse affirmat. Si
igitur scandalum actuum formaliter con-
sistit in occasione (ex sua definitione. n. 11)
tributa per se, vel per accidens, & ibi. De
ipsamet occasione ait. *Peccarem mortaliter*
non curando de proximorum ruina; non po-
test

test de eodem scandalo loqui hic , vbi rationem non reddendam esse de occasione tenet . De peccato enim mortali non potuit iudicare , non debeti rationem reddi ; Igitur nullo modo in sua doctrina opponitur hucusque dictis . Quia ornatum absolute , & secundum se , malum esse non dicimus ; imo nec semper pretiosum esse malum ; vel quando malum excludere super leuitatem , seu paruitatem . Sed extrema illius , quæ accidentia sunt , mala esse non potest negari , nec usque hodie inueni Doctorem , qui negaret , multa peccata , & scandala sœpè oriuntur ex abusi ornatus excessibus . Et ideo , si cuiuslibet doctrinæ , licet opposita appareat , secum vniuocetur ; totam suprà traditam , & infrà , quoad substantiam confirmabit . Sed inter mala , quæ dicta manent , de factis orta ex ornatus exorbitantia , aliqua notabilia finem præbeant questioni , quæ tacta non sunt .

119 Primum , quod non parcè sentendum , est oppositio ornatum corporis , & animæ . Hoc est vitæ vanæ , & mysticæ . Sic Chrysost . tom . 1 . hom . 37 . circa finem . Hoc enim studium in ornando corpore , internam indicat deformitatem , & huius delitiae , illius manifestam faciunt famam ; & huius vestium sumptus , illius indicat nuditatem : impossibile enim est , aliquam agere curare anima , & tanti face .

Qui de ornato
vano , de virtu-
tibus non cu-
rat ; nec spiri-
tualem ascen-
sum capit .

facerè corporis pulchritudinem, & ornatum. Sicut & impossibile in externo illo cultu tantoperè occupatum, illius agere curam. Quomodo enim posset anima talis, aliquid utile contemplari, vel in cogitationem spiritualem venire, quæ semel terrenis ita dedita cœpit esse, & humili, ut ita dicam, trahitur; & nunquam renuerre potest, & obstipa innumeris peccatorum sarcinis, seipsum grauat. Nam quot inde nascantur mala, non possum nunc sermone complecti, sed satis est, ut relinquam conscientia cori, qui in ijs occupati, quantas inde quotidianas molestias experiuntur. Et B. Hermes, quem B. Bernardinus Senens. ad hoc intentum tradit. tom. 1. serm. 44. art. 1. c. 3. Exteriorū (ait) superfluitas, interioris vanitatis indicium est. Mollia indumenta, mollitiem animæ indicant; non tantum quereretur corporis cultus, nisi neglecta esset mens inulta virtutibus. Quod B. August. bene indicat in Fer. 4. Cinerum. lect. 2. Et cum hoc ad oculum experiatur, & nō sit vitium transiens, sed vitalitum; maximè tenentur Doctores Catholici, imitantes Doctores Ecclesiæ, hoc obstaculum calamis destruere; nè per totā vitam, animæ priuentur spiritualibus incrementis; & eo ipso nunquam vires acquirunt, ut maioribus malis resistant. Cū autem ornatum vanum spernunt, iam ipsi à Mundo spreti, annis onerati, & ad pœni-

130 VERITAS
tendum imbeciles, nunquam Deo meliorantur.

Vanitatem or-
natus sequitur
generationis
diminutio,

120 S.Bernardin.Senens. qui maxima cura vanas superfluitates destruere concupivit, inter innumera mala ab illis causata, ponit diminutionem generationis, atens. Nām multi propter maximas expensas, quas in uxoribus requirit vanitatum abusus, uxores, vel non capiunt, vel tardius suscipiunt. Parentes, qui non valent immensas dores tradere filiabus; in domo steriles, non propter Deū retinent illas, & unam, vel duas formosiores, cum dotibus maximis nuptui, reliquas Monasterio tradunt. Ex his omnibus manifestè apparet, quod cessat generatio filiorum, sed utinam hoc modo cessaret; solutis iuuenibus, atque viris, nec propter dictas causas coningio copulatis non solum pueræ, sed nec relinquitur vidua, neque nupta, quin vexetur molestijs. Quid inde sequatur transeo: Vnum superest, quod pauci filij manifestè apparent. Hæc insci. m.46. art. 3. c. 2. tom. 1. & cap. seq. probat admirandis de causis, diminutionem magnam diuinitarum in Patrijs. Et cap. seq. probat cum specialibus, & claris Sacrae Scripturæ locis flagella, quæ Patriæ patientia, propter superfluas vanitates, inquiens. Tria sunt flagella, quibus Dominus castigat huiusmodi peccatores, scilicet bella, pestilentia, de prædationes, vel famæ. Qui d'autem

Et diuinitarum
in Patrijs.

Et Dei flagel-
la, bella, pesti-
lencia, & ta-
mes.

tem dicant ambo de parentibus, de mari-
tis, de Prælatis, de Iudicibus, de consulen-
tibus, adiuuantibus latere, vel officio, &
comitibus, eorumque peccatis, latissimū
est, ibi potest videri; sed his vīsis, & prædi-
ctis, crudelitatem iudicarem exercere cū
proximo, & mecum, si meū laborem, ad
illius excusationem, in his vanitatibus
conuerterem. Primò, quia modum nesci-
rem, nisi Scripturam, Ius, Glossas, Docto-
res, Patres, & cognitos zelatores legis,
quasi audaciter paruipendens, vana subti-
litate cōfisus, friuola facilitate verterem.
Secundò, quia fructus expectabilis nullus
eslet, nisi horum permanentia, & aumen-
tum; & quid in eo offerrem Deo, Ecclesiæ,
& proximo? Tertiò, quia quod sic magna
severitate, in bonum proximi, tanta muni-
tus auctoritate profero, posset conuerti in
peccatum consequiæ, ex quo, innumera
grauiā super me sequerentur; & nulla ex-
cusatione, dum negarem prædicta graui-
sima mala, ex dictis excessibus sequunta-
à maximis testibus Ecclesiæ testata, à Deo
prohibita, & reuelata, & alias oculis meis,
& omnium præsentia; Vnde in principiū
operis reuersus, si quis altior intellectus
aliter attingat, & faciat; meus parvulus,
nec doctus, nec sapiens, nec superi ædificās,
sed narrans, non valet minus innixus ex-

pectare diem illum Domini, in quo. *Vniuersus*
cuiusque opus quale sit, ignis probabit. Vbi au-
 dio. *Si cuius opus arserit, detrimentum patie-*
 tur. Et quod pro sapientis, & docentis
 scientia (in qua aliquando periuit infir-
 mus, pro quo Christus mortuus est) dici-
 tur. *Nescitis, quia Templum Dei estis, & spi-*
ritus Dei habitat in vobis? *Si quis autem*
Templum Dei violauerit, disperdet illum
Deus. Ego autem non inueni Sanctum, vel
 Patrem Ecclesiæ (quod & multi affirmat)
 quem possem via illa periculosa sequi;
 (suppono enim securam, quam illi omnes
 eligunt, & certam) imò nec recentiorem
 Scriptorem, qui circa prædicta asserta
 scrutatus, de tali iudicio non videatur se-
 curus; quia omnes diuersimodè, fauorabi-
 les iudico. Ut in sequenti quæstione, quæ
 inter vanitates, de vaniori quærerit, proba-
 re intelligo. Est igitur.

Vtrum Scollatura, Hispane, Esco-
tado, mortalis sit?

121 **H**OC est seclusa paruitate; de,
 quo iudicari potest, quod non
 sit mortal is quæcumque scolla-
 tura, quia de hoc non est præceptum in
 Scriptura. Cui obijci in simili casu prouidens

dens S.Paul. i. Cor.ii. dixit. *Si quis autem videtur contentiosus esse, nos tales consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.* Hoc autem præcipio, &c. (cuius Glossas suprà n. 103.) verè noluit respondere formaliter, & cur? dicunt Sedul. & Primat. in Glossa ibi. *Prauenit illos, nè quis diceret, ut bi hoc scriptum est? vel alijs argumentis huic rationi resisterent, ac si liceret.* Nos dicimus, quæ nobis honesta videbantur, & iusta. Si quis autem nolens acquiescere veritati, querit quid respondeat, sciat se responsione indignum, qui magis contendere paratus est, quam doceri. Et certè sic suspicari posset de illo, qui quereret pro qualibet ad libitum contingenti dementia vitiosa per saecula, expressa nominatim prohibitio illius, quæ in tempore legum non apparebat, taliter quod, non data tali expressione, liceat quidquid sit. Ut sentit S.August.ad Posidium. Epist. 73. tom. 2. *Quis autem possit speciales nefiarum superstitionum prohibitions in Scripturis inuenire, cum generaliter Apostolus dicat. Nolo vos fieri socios Daemoniorum (1. Corinth. 10.)* quæ enim consonantia Christi, & Belial? nisi forte quia Belial nominauit, & generalem societatem Daemoniorum prohibuit, licet Christianos sacrificare Neptuno, quia nihil proprium de Neptuno vetitum legimus. Moneamus interim, &c. n. 101. qua doctrina

Vide Glossas
pro præcepto.

Probatio gene
ralis prohibi
tionis, sufficit
ut omne inclu
sum prohibi
tum dicatur.

na sufficit generalis prohibitio , vt omne
sub ea inclusum debeat iudicari prohibi-
tum. Vide ad hoc S.Chrysost.n.155.

Potius carnē,
quam capillos
nudare, prohi-
betur.

122 Et quidem cum de nuditate sit ser-
mo, sufficienter expressa est mens Aposto-
lorum, dum prohibent tanta cura . Capil-
los nudare fæminas (vt in terminis S.Au-
gustini loquar.nu.99. quorum præceptum
visum est.n.103.) quia implicat, Aposto-
los nudare capillos nolle, & carnem nuda-
re permettere, vel omittere. Quæ ratio ità
efficax est, vt Illustriss. D.Franciscus de
Gamboa, Archiep.Syracusanus, in sui mu-
neris zelo expertus, & in tot Vniuersitati-
bus decoratus , in suo edicto (de quo in-
frā.n.163.) ex præcepto operiendi caput,
grauius præceptum operiendi pectus, &
aliam carnem intulit ; quam inter alias
vrgentiores, causam, excommunicâdi ex-
collaturam portantes , ad Ecclesiam , ad-
notauit. Et Angelus nu.102. non tenuit vt
impudicum in se nudare capillos , & nu-
dare pectus sic, cum alijs tenuit nu.176. &
hoc ex naturali differentia in prouocan-
do, quia omnia in natura, & arte sunt me-
dia, finis verò concupiscentiæ est caro .

123 Ideò non solùm sequitur hæc pro-
hibitio nudationis, ex illa Regula 84. in-
6. Cum quid una via prohibetur, ad id alia
via non debet admitti. Et Reg. 39. Cum quid
præ-

prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo. Sed sequitur maior, & efficacior prohibitio, ex mente Legislatorum, si cōuertatur illa Regula 53. *Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus.* Sic ergo, cui non licet quod est minus, nō licet utique quod est plus. Ergò cui prohibetur minus, magis prohibetur plus. Oppositorum eadem est ratio. Ex quo mens Apostoli contra excollaturam clarescit. Prohibet enim capillos nudare, nē videntes prouocentur, vt à nu. 102. probatum est. Prouocationem autem in communi, licet non sit intentione ad lasciviam, sed ad inanem gloriam saltim, & eius imitatio inuidas, prohibita ab ipso est. Galat. 5. *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.* Sed nudatio capillorum, non est grauis prouocatione, & ideo Angelicus Doctor illam cum Glossa, voluit excusare, cum quibus Angelus, vt videbis. n. 99. & 102. muliebris autem cultus, dicit Sanctus ipse. *Viros ad lasciviam prouocat.* n. 67. & quod prohibitus sit nuptis inuerecundus, & impudicus. Fatetur. n. 75. & ideo ornantes se ex quadam vanitate, peccare mortaliter sentit. ibi. Licet nō semper. Excollaturam denique non potuit Angelus excusare. Ut n. 168. infrā. quia in pudica; qui excusauit cum S. Thoma nudationem

Magis plus, cui
minus, prohibe-
tar.

capillorum, quia non impudicam . Et adhuc in dictis numeris probatum est præceptum prohibitionis nudationis capillorum ; ergo magis prohibita erit excollatura , siquidem ex sua natura est magis pronocatiua .

124 Probatur hic excessus , & illa illatio , ex ipsa natura . Quia Apostolus probat ibi , ipsam naturam docere nos , caput fœminæ operiendum esse ante Deum . Sic .

Natura docet
caraem tegere,
magis quam ca-
put fœminam.

Vos ipsi iudicate . Decet mulierem non velatam orare Deum ? nec ipsa natura docet vos . Sed sicut natura docet , iam caput mulieris opertum est capillis , & adhuc docet natura velatam orare Deum ? numquid natura docet velare arte seipsum , & ipsum naturale velamen , quia præcipit hoc fieri ? cur igitur ? quia ipsi capilli incitant ad libidinem videntes (ut expositum maner . n . 102 .) hoc etiam docet natura , vt animalis , & quod arte ipsa natura veletur , vt rationalis . Videatur ipsa origo naturæ . Genes . 3 . Cumque cognouissent se esse nudos , conseruerunt folia ficus , & fecerunt sibi perizoma ta . Interl . Brachas . Lyra . Pudendorum velamen . Ecce quomodo docuit natura . Sufficit ne hoc naturæ ? non . quia sequitur . Et cum audissent vocem Domini Dei . Abscondit se Adam , & uxor eius . Cur abscondit se ? dicit ipse . Vocem tuam audiui in Paradiſo , &

tig

timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. S. Chrysost. tom. 1. serm. de pœnit. Quia nudus sum, & erubui. S. August. in Genes. lib. 11. c. 34. Quod enim iam ipsos pudebat erga seipso, vnde sibi succinctoria fecerunt, multo vehementius ab illo, etiam sic succinti, videri verebantur, qui tanquam familiari temperamento, ad eos videndos, per creaturam visibilem, velut humanos oculos afferebat.

125 Pudendis iam tectis, adhuc nudi se agnoscentes absconderunt: ergo qui propter nuditatis erubescientiam se abscondebant, de aliorum membrorum nuditate erubescabant. Et ut August. Ab illo etiam sic succinti videri verebantur, quia velut humanos oculos afferebat. Natura igitur docuit, ut animalis, concupiscentiae prouocationem omnia membra transcendere. Et ut rationalis, arte velare naturam, & cortice occultare, etiam coram Deo, dum eo praesente, humanos oculos testes ipsi nudi suspicabant: ergo omnis caro naturali ratione est oculis velanda. Quod si hoc negetur, necesse est assignare, qua ratione, vel reuelatione, vel consilio hoc fecerunt primi parentes, ut non rationi naturali tribuatur.

126 Nec solum ab ipsis Protoplastis detectio membrorum, indecens nuditas supponitur, & nuncupatur, quia sequitur Dñi

Deus, & natura carnem operire docent.

dicere. *Quis enim indicauit tibi, quod nudus essem, &c.* (nemo potuit assignari, præter naturam ipsam rationalem, & laplam) & sequitur : *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Glosa. *Quibus totum corpus induit.* Lyra. *Quia indigebat tegumento.* Barcephas Epis. de Paradiso, in Bibliot. PP. tom. I. paulò antè fin. *Nuditatem, seu libidinis illecebram* (supple Deus) *putauit tegendam.* Ergò Deo, & natura docente, verbo, & opere, non solum pudenda, que iam te&t;a supponerantur, sed totum corpus illud, quod forma tunicae non tegitur, tanquam verecundum, & ad libidinem irritans, operiendum est post lapsum.

127 Ex quibus sequitur primò. Hoc, quod ratio naturalis iudicis, esse utile, salutare, & honestum toti naturæ docet, legem naturalem esse. Vt habetur c. consuetudo. d. 1. Si ratione lex constat, lex erit omne iam, quod ratione constituerit, quod discipline congruat, quod saluti proficiat. Et c. ius natur. ibi. *Ius naturale est commune omnium nationum, eo quod ubique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur.* Et §. iuris inst. de iusl. & iure. *Iuris precepta sunt hæc. Honestè vivere. Alterum non lacerere. Ius suum cuique tribuere.* Ex quo nil deficit, totum adest, ut demonstratio illa rationis, lex naturalis sit, & factatur.

128 Secundò. Quod sit lex Diuina positiua . Quia Deus non induit illos propter speciale periculum , quod inter coniuges non imminet : Non propter particulare scandalum; Soli enim erant: Nec per se fecit casu , quod ipsi induendi possent facere. Ergò (ut congruentius , & rectius intelligatur) fecit propter ipsam naturam rationabiliter indigentem , cuius conditio , & conservatio , conuersatioque honesta , & utilis hoc ipsum , ratione petebat , ut probatum est: & per se fecit , ut ipsa actio Auctoris pro lege haberetur , & per malitiam nō immutaretur. Nec aliquid opponi facilè est . Quia nihil dictauit Spiritus Sanctus , Deum per se fecisse , quod utile , commune , perpetuum , & naturale non sit ; & sic obseruandum. Nec obstat quod verbaliter non præcepisset quod fecit ; quia idem est ipsum hoc fecisse , ipsumque reuelare hoc fecisse , ac ipsum nos hoc continuare , & obseruare velle , positiuè demonstrare . Patet in alio facto , sine verbo . Adduxit eā ad Adam . Parentes nostros se coniungere potuisse , notum est . Per se autem illos Deus coniunxit , & sic posteris ipsum fecisse reuelavit . Ex quo non potest negari quod lex Diuina fuit factum illud . Nec aliam rationem inseparationis assignauit Christus Dom . Matth . 19. nisi quia

Et lex Diuina
positiua.

Deus

Deus fecit. *Quod Deus coniunxit, homo non separat.* Per duritiam verò hominum, ut eos non perderet, aliquando per Moysen aliud permisit. *Quoniam Moyses (ait ibi.) ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras.* Sed anteà, & posteà noluit. Nec aliqua disparitas inuenitur, nisi forte, quod illos coniunxit in exordio naturæ; & illos induit post lapsum. Sed hoc, quia illud in omni statu erat præcsum, istud post lapsum solum, ante verò superfluum. At quia illud semper petijt nature animalitas, hoc autem ex lapsu nature rationalitas, utrumque quando fuit, naturale fuit, & ideo factum ab Auctore ipsius naturæ. Sequitur æquè dicendum. Quod Deus texit, homo non detegat. Alià si hoc negetur, & aliter diceret quis, nudare pudenda graue peccatum esse: hoc ego etiam negarem. Quæ igitur lex prohibens assignaretur in contra? Nonnè naturalis, quæ vniuocè vnicâ ab omnibus traditur? & quomodo probant? quia primi Parentes illa texerunt naturali, & primo impulsu. Sed illicò quererem, cur factum Parentis lapsi pro lege admittis, & factum Dei tenuis? ego verò potius probarem, non rei, sed Legislatoris lege, & pudenda, & reliqua membra operienda esse; non quia Deus fecit, sed quia Deus.

129 Tertiò. Quod hoc præceptum gra-
uius est, quam de muliere velanda; quia,
licet natura doceat mulierem velare caput
in publico; hoc non docet, ut mere lapa-
est; quia sic sufficeret illi naturale velamen
capillorum: (indueret namque Dominus,
si oporteret, illius caput, sicut in ambobus
induit, quod necessū fuit: ideò nec Deus,
nec natura tale tunc indicanit) sed docet,
quia deterior facta est, & in suis nouis mo-
tibus experitur, quod iam non solum fac-
ties, sed & ipsum velamen allicit, & ideò
arte velandum esse docet naturæ ratio,
maiori infirmitati, maius remedium pro-
uidens. *Quod si dicas.* Quod natura solum
docet velare capillis; Apostolus docet ve-
lare capillos. Dico, quod natura, non at-
tentata ratione, docet primum; ratio, non
attenta natura, docet secundum. Et exem-
pli naturæ inuitat Apostolus rationem
ad maiorem prouidentiam, dicens. *Vos ip-
si iudicate.* Et si rationi naturæ hoc non vis
concedere, concedo tecum rationi Apo-
stolorum prohibentium; quæ superior est.
Concede igitur mecum literam ipsam,
quod Deus hoc non docuit in principio,
sed posita per Apostolos: ergo nouum
fuit inconueniens, non in Deo: igitur in
homine: non virtus; ergo vitium fuit
nouum, vel maius: ergo nudatio carnis, à
prin-

Probatur lex
positiva in no-
uo Testamen-
to, ex præcepto
Apostolorum.

principio pronisa, minùs vitium requirit, ut noceat, quam nudatio capillorum, quæ non nisi ex malitiæ augmentatione fuit prohibita. Et vnde hoc, nisi quia illa peior, nisi quia efficacior, nisi quia proximior finis? Sicut enim qui vult benè, vel male; priùs vult finem, quam media: ita priùs, vel facilius immediata, quam mediata. Sequitur ergo dictum à n. 123. (quamvis non probaretur prohibitio nudationis pectoris à Deo immediate), ex mente Apostolorum magis prohibetur in prohibitione nudationis capillorum, quam hæc. Quia cui prohibetur minùs, magis prohibetur plus.

Omnis prohibitio ornatus cuiuslibet, potius est nuditatis: vt ad libidinem mouet. Ut videoas n. 27. ex S. August. & S. Bernardin. & Chrysost. & n. 41. ex Lyra. 74 ex SS. Vincent. & Antonin. n. 73. & 67. ex S. Thoma.

Non est præceptum de rebus

Quartò sequitur ex huius §. rationibus, & citatis regulis, quod omnes prohibiciones textu, auctoritate, vel ratione, firmatae sup̄ pro qualibet malitia ornatus, vt iste ad libidinem prouocat, efficacius probant cōtra apertione pectoris; nam peior ornatus ornat, idest operit; & qui plus, minùs prouocat, quam ipsa caro: quia nullus appetitus sifit in ornatu, sed in fine; finis autem est caro: carnis vero quid immediatius quam ipsa? Quid ergo ad attingendum finem præcipitij periculosis, quam immediatius?

131 Sequitur etiam non esse præceptum de rebus, quia cum induere totum cor-

pus ab ipso Deo originem trahat; non res leuis potest iudicari. Maximè incongruū est, totum Deum, Iudicem, iratum, sententiam tanti ponderis proferentem, fuīle immediate ad levia progressurum, & circa reos ipsos exercenda, suspicari; sicut nec Protoplasti, & posteri suspicati fuerūt, ut in obseruantia subsequuta per tot sacerdola apparet; taliter, quod in Deuteron. c. 25. 10. lege Diuina puniebatur frater nolens accipere sibi vxorem fratris sui defuncti, nuditate vnius pedis, ubi ait ipse Deus. *Et vocabitur nomen illius in Israel, dominus discalceati.* Ibique notant Lyra, & Haye. Ità quod istud vituperium transibat ad posteros ipsius. Et per Isaiam corrigens Dominus mulieres superbas, & vanas, adhuc tales supponit à capite ad pedes cooperatas. Ait enim c. 3. *Ausseret Dominus ornamentum calceamentorum.... Et monilia.... Et paliola.... Et sindones.* Vbi Haye cum Gloss. Monilia sic dicta, quia omnia ornamenta mulierum adinuenta sunt ad aliquid monendum. V.g. ornamentum capitinis monet verecundiam; ornamentum pectoris castimoniam. Nunc autem monile restringitur ad ornamentum pectoris, quod monet castitatem. Paliola, quibus humeri teguntur, & pectus (S.H. eron. tom. 5. super id. *Quibus humeri, & pectora teguntur*). Sindones, subtilia velamina, quae

In Sacra Scriptura non supponitur viua nuditatis aliquando extitisse.

circa collum, & super caput portant. In nouo autem Testamento posset intelligi ex illo Apostoli 1.Tim.2. *Aut auro, aut margaritis.* Supponere in mulieribus aliquem abusū torquis, sed nulla expositio tale intelligit, ita ut margaritæ circumdarent collum super nudum pectus. Potius verò Lyra ibi ait. *Margaritis fixis auro, vel argento, vel in vestibus cōsutis, circa collum, & manus.* Quod est oppositum.

132 Nec in tota sacra pagina (ut opinor) supponitur aliquando fuisse vitium nuditatis, quod non parua speculatione exquisiui; si autem adeset, à D. Augustino inuentum esset, qui (ut tetigi num. 15.) ab Adamo verecundiam naturalem in induimento, abhorrentem quamvis nuditatem, probauit vniuersaliter. Ex quibus fortius Iex Diuina, & naturalis conuincitur cum obseruantia, & consuetudine, ab origine taliter extensa. Quod verò certè inuenio expresse in Scriptura, est quod nudatio humeri sc̄eminei, sēcū aliud extreum corporis, supponitur in mente Diuina dictāte, ut turpis, ignominiosa, fornicaria, & dānanda. Ait enim Isai. 47. *Denuda turpidinem tuam, discooperi humerum, reuelā crura, transi flumina. reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum.* Interl. *discoop. hum. vi mulier videaris. reuel. libidini villo-*

Inuenitur tam nuditatem humerum, & extreorum membrorum, esse apud Deū impudicam, & turpem,

yum.

vum. Lyra. Denud. quia ornamenti ablatio est
que turpitudinis denudatio. Haye. Nuditas
humeri respiciebat tum ignominiam, tum etiā
ut nudo humero exciperet verbera. Sic Me-
noch. & Tirin. ibi apud Haye, & Hugo. Di-
scooperi reuel. ut prouocentur ad libidinem.
Reuelab. ignom. idest turpitudo corporis tui.
Item Ezech. 23. Denudauit quoque fornicati-
ones suas, & discooperuit ignominiam suam,
& recessit anima mea ab ea. Quod bene in-
telliger quis audiens S. Chrysost. apud Pa-
crem Ortigas, in fine opusculi, de quo nu-
184. dicentem. Completum est à te peccatum,
etiam si non per coitum, per aspectum. Est hæc
quædam fornicationis species. Quomodo non
potes esse adulteracum opere tuo, per hunc ha-
bitum meretricium, adulterium committatur.
Illijs insania tuum est peccatum, quæ te ad
adulteros preparasti.

133 Ideò licet talis abusus non attinge-
ret tempus Apostolorum, prouisa fuit ve-
tis mulieris ex tunc tali forma, vt semper
corruptela illa interdicta maneret. Dixit
namque D. Petrus 1. Epist. c. 3. Similiter &
mulieres, &c. Considerantes in timore conser-
fationem vestram, quarum non sit extrinsecus
capillatura, aut circumdatio auri, aut indumen-
ti vestimentorum cultus, sed qui absconditus
est cordis homo, in incorruptibilitate quieti, &
modesti spiritus. Quomodo poterit vivaci-

Scollatura se-
quitur prohibi-
ta à S. Petro.

146 VERITAS

tas subtilior hic introducere scollaturam
permisibilēm? quia vel capiendum est,
itāut nullus præiosus, vel curiosus cultus
appareat, vt expositum fuit nu.70. vel sal-
tē itāut castus, & modestus, & quietus sit,
vt consonet cum interiore homine, qui ca-
lis iure supponitur. Quis verò dixit, aut
dicere potest, scollaturam honestam, & ca-
stam esse? ergo hic prohibita est.

134 Quod clariū S.Paulus 1.Timoth.2.
*In quo (idest in Christo) positus sum ego
Prædictor, & Apóstolus (veritatem dico, non
mentior). Doctor Gentium in fide, & veritate;
Volo ergò (munus, & potestatem præpo-
nit, vt præcipiat) viros orare in omni loco, le-
uantes puras manus, sine ira, & disceptatione.
(Hoc maximè intererat Ecclesiæ, contra
traditionem Iudeorum, vt ait Estius apud
Haye ibi. In omn. loc. nè quis putaret publi-
cas orationes fieri non debere extra Synagogas
Iudaicas, aut certè fieri oportere, uno tantum,
& certo loco Ciniatis; nam Templa Christia-
ni nondùm habebant. Et quod sequitur de
eleuatione manuum in textus, hypocrismi
Phariseorum damnans; minùs curat de
actu eleuationis, quam quod patet sint. Ut
S.Hieronymus in Glos. Pur.man. à cede,
& sanguine, omniq[ue] opere malo. Sic etiam S.
August. S. Ambros. Estius apud Haye ibi.
Vnde patet nō leuem rem præcepisse), S.-*

mi-

Et à S.Paulo.

mulier & mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate ornantes se. Sed constat scollaturam non esse verecundam, & sobriam; imò nec ornatum esse, sed huius carentia: ergò mulier per illam in omnibus deuiat à præcepto. Quia præcipit ornari, quod opponitur nuditati, & hæc etiā opponitur sobrietati, & verecundiæ.

135 Et quamuis litera clara sit, ut certius capiatut sensus, sic versiones intelligunt. *In habitu casto, cum pudicitia.* Alia. *In habitu modesto.* Alia. *Stola ornata pudore, & castitate.* Alia. *In habitu ordinato.* Et Hæc omnes tradens, & concordans cum vulgariter & sic Theophilact. ibi.) *Casto, Græcè.* *Ornatum modestum, aut moderatum significat. Stola, Græcè, habitum longiore, undeque tegentem.* Prosequitur Estius. *Honestum, & moderatum, & qui decet mulieribus; nam qui decet, id demum ornat. cum verecundia & sobrietate.* Hoc loco congruit pudicitiam, seu castimoniam intelligi, quemadmodum post Chrysostomum, sentit Æcumenius. In excollatura vero hoc præceptum frangitur, in qua aufertur *Ornamentum pectoris, castimoniam specialiter significans.* Ut Hugo dixit n. 131. quæ etiam non præbet habitum longiore, undeque tegentem, quæ etiam non ornat, quia non decet, quia non castus, non pudicus, non pudoratus, non

Cum expositiōnibus probatur præceptū S. Pauli.

ordinatus, non modestus est. Ut Deus per Prophetam dixit. n. 132. *Vnde colligitur hoc preceptum non esse leue, nec contemnendum,* quod duo Apostoli Principes, tam diligenter inculcatum voluerunt. Glosa Estij nu. 41. & Magalianus Iesuita, in opere Hierarch. super 1. Timoth. 2. vers. 9. allatis pro se SS. Cypr. Hieronym. Greg. Nazianz. & Nyss. Chrysost. & Tertull. §. 32. ait. *Manifestum est ex dictis quid de fæminarum ornatu Patres sentiant.* Omnes enim quos retulimus, & quos consulto prætermisimus, doctrinam Apostoli, velut cœlestem canonem, ad quem mulierum externus cultus conformandus sit, magnificiūt. *Vult enim Apostolus, ut mulieres in habitu ornato, puris manibus, in omni loco orent: habitus Græcè est, que vox longiorem vestem adsignificat, corpus undeque tegentem.* Nec verò iubet Apostolus, ut mulier tota squaleat, sed illius cultum, simplici constare vult mundicie, accedente verecundiæ, & sobrietatis ornamento; alegato auro, & veste margaritis, alijsque intersita lenocinijs. Sic omnes intelligentias huius textus inuenies. Vbi in generali prohibitione clarissimè vides prouisā, & vetitā excollaturā. Quod sufficit S. Augustino nu. 121. quod si adhuc excollaturæ prohibitionem nominatim petas, dicet tibi ipse ibi. Fortè, quia tegere castè, & pudicè nominauit, & generalem prohibitio- nem

nem impudicitiae protulit : licet Christianas nudas incedere; quia nihil proprium de nuditate vetitum legimus . Argumenti vis æqua est , quia utrumque est præceptū Apostoli.

136 Non posset utique mulieribus , vt Christianis saltem , licitum esse , etiam absque speciali præcepto , propter professionem illam Christianorū , quam S. Chrysost. apud Magalian. n. anteced. ibi notauit sic . Quomodo igitur hanc vanitatem deribis? Vociis illius recorderis , quam dum sacris institueris , emisisti . Abrenuncie tibi Sathanā , & pompæ tue , & cultui tuo . Sed hoc præceptū ad id etiam tendit , vt Christianus verax sit ; notatumque manet nu. 33. & 34. ex doctrina D. Thom. & totum concludit S. Basil. in Regula c. 12. inquiens . Non similiter enim turpe est in quolibet alio , si inhonestè quid agat , sicut in ijs , qui vitam sobriam , etiā in ipso habitu profitentur ... Deinde & Apostolus ... de mulieribus dicit . In habitu ordinato eas esse debere . Ordinatus autem habitus esse dicitur is , qui secundum propositum , ac professionem eius , aptus intelligitur . Ad quod erudit Bust. B. Cyprian. nu. 64. & vide S. Hieronym. n. 141. & S. August. n. 43.

137 Si vis textum expressum contra excollaturam adhuc . Audi Isai. 58. 7. Cum videris nudum operi eum , & carnem tuam ne

Mulieri , vt Christianæ , op-
ponitur excol-
latura,

Etiā ut ver-
ci.

Textū expre-
sum contra na-
dicatē.

despiceris. Iam non potest negari, quod operire carnem proximi nolle, despiceret. Hic est literalis sensus, & glossarum. Despicere autem prohibetur. Quare? Quia caro tua est. Et quomodo tua? Specificè. Ergò carnem tuam indiuide, quia magis tua est, minus potes despicer. Si autem carni tuae ius melius nolis concedere, ius alterius saltem non potes negare: At carnem alterius, eo iure quo aliquo modo tua est, debes operiendo non despicer: ergò saltem iure alterius, illi omnino tuæ idipsum debes. Sed fortè dices. Nuditas indigentiae, & voluntatis non est idem. Concedo. Quia illa non est culpabilis, sed sensibilis, & aliquando meritoria: hęc imputabilis, & punibilis; & ideo si nuditatē inculpabilem præcipit Deus operire, quid de culpabili? & si tibi de alio præcipit, quid tibi de te? Rursus. Quando tibi de alio præcipit, supponit illum non posse se operire, quod si ille potest, tibi non præcipit, quia superfluum est, vnde prius præcipit illi, & cuilibet potenti se operire. Prudentiam autem nota, ut obseruetur preceptum, quod ad te dirigitur in casu impotentiae alterius, ut nunquam nuditatē remedium deficiat, quia semper aliquis potens debet operire.

138 Adhuc sensum textus non præcincgas,

gas taliter, quod *ly Carnem tuam, de sola carne alterius nudi sit intelligendum,*
quia non est ratio cur tuam carnem audiens, de aliena tantum, & non de propria intelligas: communis autem expositio de aliena loquitur, non supponens talem dementiam, quod propriam aliquis despiciat denudando (ut probatum est num. 131.) sed hoc dato, sic debes intelligere recte, & iuste textum. *Cum videris nudum operi eum (ex charitate, & misericordia)* & *carnem tuam ne despixeris.* Hoc est detegendo, qui alienam cogeris operire, quod sine despectione non potest fieri, tum tuæ carnis, tum præcepti; quia textus loquitur cum potente impotentem operire, in fauorem carnis nudæ, & etiam videntium, ne prouocentut: qui autem alium, se etiâ potest; quod si se nō operit, sed potius detegit; iam præceptum non appretiat, nec carnem suam, quam elementis tradit, & appetendam publicè exponit; quod si apud homines appretium videtur, apud Deum despectio est.

139 Hæc autem, licet voluntaria nuditas, scù indigentia virtutis est, quam potius operiri præcipitur, ut dictum est. Unde cum dicitur. *Cum videris nudum (ait Interl. fide, & virtutibus, & operibus) operi eum.* (verbo, exemplo) & *carnem tuam ne desp*

xeris (considerans te ipsum, ne & tu tenteris) Hæc Gloss. illa. Quod ad nuditatem voluntariam referendum est, qua maximè proximus potest tentari; & in despectio-
nem vtriusque carnis cedit. Vbi cauere debes ne in pœna tu tenteris; in quo scisu loquitur textus directè cum nudo quolibet, circa seipsum; cum Patribus circa domesticos; cum Prælatis circa subditos, quorum est nolentem corrigere, & regula-
re; ne pro alienis peccatis ipsi luant. Quod timebat Dauid, Psal. 15. dicens. Et ab alienis parce seruo tuo. Vbi Lyra. apud Haye. Delictum enim alterius transit ad aliquem, propter suam negligentiam, quando negligit eum corrigere, loco, & tempore, quo debet; & hoc correctione fraterna, quantum ad Prælatos, de quibus erat Dauid. Alios proximos non tantum ligat, sed ad possibile exercitium correctionis fraternæ, verbo, & charitatis exemplo: hoc est, quod in bonis aliud videat, ne illorum consortio, excusare nuditatem prætendat malus.

140 Sequitur etiam, ex collaturam prohibitam esse sub mortali, ex eo quod impudica est. Et ideo mulier per eam in æternum damnanda. Dixit enim Apost. 1. Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria. Qui talia agunt, Regnum Dei non consequen-
tur.

Excellatura
est mortalis,
quia impudi-
ca. Sic Religio
Seraphica su-
bitur.

tur. Interl. Non dixit omnia , quia etiam singula Regnum Dei tollunt. Sed cum quatuor distincti actus expressi , ad rem veneream pertineant ; impudicitia pertinet specialiter ad externos . Ut Lyra ibi. Impudicitia , quantum ad exteriorem in honestatem , in asperitu egressu , tactu , & huiusmodi. Hæc autem in honestas opposita est honestati , quæ est pars temperantiae integralis , seu temperatia partialiter . Ex D.Thom. 2.2.q.145.ar. 4. quæ exteriora , & cultum moderatur , per modestiam , ipsius partem potentialem , in eadem doctrina. Vnde ornatus per immodestiam , & in honestatem lœdit pudicitiam , quæ in externis versatur , & ornatus redditur impudicus. Vnde Prou. 7. dicitur. Mulier in ornatu meretricio . Et D.Hieronym.apud Peraldo Episcop. summ. virtutum.tom.2.de superbia. c.14. §. Ultimo potest. ait. Aut loquendum nobis est , ut vestiti sumus , aut vestiendum , ut loquimur. Lingua personat castitatem , & totum corpus profert impudicitiam . Sanctusq; Cyprian.dicit n.97. Cultus improbus , & impudicus ornatus . Hanc impudicitiam inuenit in ornatu S.Thom. n.100. S.Bernard.Senens.nu.27. & S.Aug. in eo supponit libidinem. n. eodem.

141 Ideò dum ornatus aliquis datur impudicus ; potius qui totam carnem non operit , quia hic est peior . Ut nu.130. & in-

Scriptu-

Scriptura, turpis, & prouocatius ad libidinem n. 132. quod fatetur Caietanus, distinguens ornatus qui prouocant per accidens, ab excollatura quæ prouocat secundum se. in D. Thom. 2.2. qu. 169. art. 2. vbi ait. *Ornatus aliquis secundum se dicitur*

Excollatura prouocat per se ad libidinem. prouocatius ad lasciviam; ut cum ostendunt totum pectus mulieres, & viri formam pudendorum. Constat autem, quod prouocare ad lasciviam, est astus ex suo genere mortalis. Id em- sentit Lelsius inf. à. n. 127. quem excessum malicie, ratione demonstrat Tertull. de cultu. c. 2. sic. *Si omnis gloria vana, & suporata, quantò magis, quæ in carne? & S. Antonin. par. 2. tit. 4. c. 5. §. 1. Ipse (ait) ornatus mulieris ultra vitium immodestie, est prouocatius ad lasciviam, quo ad aspiciētes, ex eo quia adiicit ad apparentiam pulchritudinis, quæ quantò maior est, tantò plus allicit, & excitat concupiscentiam hominis.* Vnde ipsa caro adiuta, & pulchrior, prouocat ex se, ornatus verò per accidens, iuuans. Ideo inter ornatus peior erit, qui impudicitiam includit, quod vltetius patet. Ephes. 4. *Qui desperantes semetipos tradiderunt impudicitia. Impudicus enim erit, qui magis prouocat: & hic qui carnem demonstrat. Quæ ratione Angelus, Bust. Rosella, infrà tradendi, excollatura esse mortalem determinant, quia impudicam.* Et etiam S. An-

toninus infrā. Valde turpem, & impudicam illam concedit. Si enim impudicitia includit, Apostolo testante, à Regno Dei excluditur. Quo supposito, quis negauit esse peccatum mortale? Si enim suppositi probatio nondum placet, negari saltim non potest dari ornatum mulieris meretricium, qui in honestus, tutpis, & impudicus supponitur, & assignādum restat qualis sit proprius, quam pectus aperiens, vel qui peior sit, à nemine adhuc assignatus. Constat enim in dicto nu. 132. detractionem aliquam in muliere, esse turpem, ignominiosam, & fornicariam. In Hispania etiam clare intelligitur, ornatum sic decollatum, esse meretricium: quia iu Regio Consilio, quando de illo factum fuit iudicium, solis meretricibus publicis fuit permisum. Ut infrā n. 191.

Excollatura est
meretricia-

142 Aliud præceptum clare frangit excollatura, scilicet Philipp. 4. *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus*. Quæ positiva est; aliás non posset esse nota. Et ideo exterior, & appetens. Nemo autem dixit, nec dicet, quod excollatura sit modesta, positiue, imò nec abstrahens. Quia omnes conueniunt in hoc, quod sit prouocatiua ad libidinem. Ut videbitur infrā.

Prohibita, quia
immodesta.
Quod de mo-
destia detur
præceptum in-
uenies n. 95. &c
190.

143 Et illud maximum præceptum in legi læditur. Hoc est. *Diliges proximum tuum*

tuum sicut te ipsum. Ut nu. 72. Contra quod agit, quæ tali nudatione scandalizat. Et

Nota loca pro
scandalō, & §.
seq & infrā. n.
240.

quia de scandalō sufficienter actum est à n. 5. vsq; ad 15. & 22. 54. 66. 98. quicquid de hoc queri potest, ibi adest; & hic magis facit, quam in alijs questionibus. Ideò propter scandalum debet non fieri indu-
mentum ex collatum, quia cum scandalō, ex communi consensu. *Nihil est faciendum* n. 22. quod si quis non dimittit opus, pec-
cat contra charitatem. Sic D. Thom. 2.2.
q.43. art. 2. §. Respondeo. *Scandalum actuum* semper est peccatum in eo qui scandalizat, quia vel ipsum opus quod facit, est peccatum, vel etiam si habeat speciem peccati, dimittendum est semper, propter proximi charitatem, ex qua unusquisque tenetur salutem proximi prouide-
re. Et sic qui non dimittit, contra charitatem agit.

144 Hæc auctoritas, non solum quia-
tanti Doctoris, sed etiam quia fundata in
communi diffinitione scandalī, ab omni-
bus est recepta, in eo etiam, quod non so-
lum peccatum, sed etiam species peccati
est dimittenda. (sic enim ipse explicat
ly dictum, vel factum minus rectum) ibi.
art. 1. §. ad 2. *Minus rectum non dicitur hoc,*
quod aliquo alio superatur in rectitudine, sed
quod habet aliquem rectitudinis defectum, vel
quia est secundum se malum, sicut peccatum;
vel

Quid sit in-
scandalō, minus
rectum, omitti-
dum?

vel quia habet speciem mali. Et non est multum stricta explicatio; quia minus rectum non absolute videtur excludere omnem, rectitudinem; ideo aliquando non solum illud in quo deficit rectitudo, sed quod rectum est, dimitti debet, quia propter scandalum est minus rectum, quod magis alias rectum esset facere. Ut n. 12. Ideo cum rectum fecisset S. Petrus, reprehensibilis fuit apud S. Paulum. Galat. 2. quia minus rectum fecit. Scilicet, cum præcium fuit scandalizare infirmos; minus rectum fuit scandalizare plures, quam pauciores. Sic Hugo ibi. Quæritur de Petro, quia videbatur esse perplexus: in hoc enim, quod non comedit carnes suillas, scandalizauit Gentiles, sed si comedisset, scandalizasset Iudeos. foliū. scandalum plurimorum præponendum est scandalō paucorum; unde rectius fecisset, si comedisset, quia ibi erant plures Gentiles, quam Iudei.) Ergo licet excollatura non concedatur peccatum, vel quid malum; sufficit habere in se speciem peccati, vel mali (siquidē omnes concedunt irritare naturam, & ideo qui minus male sentit, dicit, quod illum introducere est peccatum mortale.)

Vt admitti absque dubio debeat.

145 *Et ne dicas, quod iam introducta, hoc non sequitur, quia non sequitur ita efficax prouocatio, siquidem ex assuesa-*

*Quamvis ad
occasione non
sequatur ruina,
peccatum est.*

ctio-

etione homines non prouocantur : Ad quod dicitur , quod licet hoc esset verum , & unus homo pro omnibus , vel pro alio affirmare posset (de quo infrà) dixit D. Thom. vbi nuper n. 143. Potest tamen esse scandalum actuum , sine peccato alterius , qui scandalizatur . Sicut suprà dictum est . (hoc est in art. 1. §. ad 4. ibi .) Quandoque vero est scandalum actuum , sine passione , putà cum aliquis inducit verbo , vel facto ad peccandum , & ille non consentit . Si enim . Scandalum actuum semper est peccatum . Et datur Scandalum actuum sine peccato alterius . Accidēs est , quod hoc sequatur . Sufficit ergo ad peccatum alicuius , quod suo facto minus recto præbeat occasionem ruinę , cadat , vel non alter . Quia scandalum non intrat ruinae occasionis , sed occasione ruinæ . Sic S. Chrysost. apud Hugonem , super dictum Apostoli . Aut vestie pretiosa (ait) fœmina , quæ se ornat , ut videatur , potulis venenum porrexit , & si nullus invenitus sit qui biberit ,

Quamvis sine intentione , sufficit occasionem præbere , ad peccatum .
dicas , pro dictis D. Thomæ , quod induce re ad peccandum , iam supponit intentionem , & scandalum actuum per se , de quo nemo dubitat esse mortale , propter intentionem . Est in contra . Quia sæpè visum est suprà , intentionem esse extirpescam scandalum , sine qua datur actuum per acci dens ,

dens, quod reducitur ad per se. Sicut implicitum ad explicitum. Præcipue nu. 97. 98. 115. & quod adhoc ut scandalum per accidens sit peccatum mortale, nō requiritur, quod quis intendat scandalizare, ut in tali scanda^{lo} supponitur, quod datur, quando pro salute proximi *Conseruanda non prætermittit aliquis facere, quod sibi libuerit.* Ex D.Thom.num. 111. Vnde non restat via, qua excusat^{ur} ex collatura ab scanda^{lo}, & fractione præcepti dilectionis.

146 Videatur igitur damnatio huius nuditatis, ut vidit S.Birgitta lib.6.c.52.in duabus fœminis, quæ æternaliter cruciabantur; quarum vnius delictum ostenditur his verbis. *Pectus verò apertum erat..... totum collum extra nudum.* Sed pœna extrimitu sic. *Collum verò, & pectus, quasi in duro prælocum longis stimulis positum.* Et ne suspicetur, hoc vitium damnatum fuisse, quia non habuit excusationem consuetudinis. Audiatur alia reuelatio ibi.lib.7.c. 16. sic. *Filius Dei loquitur.* Hæc Cinitas est Gomorra ardens igne luxuria, & superfluitatis, & ambitione; ideo ruent structura eius, & desolabitur... de Regina Cypri *Filius Dei loquitur...* quod deponat consuetudinem pudorosam mulierum in strictis vestibus, & ostentiose mamillarum, & vñctionibus, & pluribus vanitatibus, quia omnino sunt Deo odiosa.

Reuelatio 5.
Birgitta.

147 Etiam reuelauit Deus tempore,

Reuelatio à
Tertulliano re-
lata.

Tertulliani (ipso attestante, de velandis
Virginibus. c. vltim.) punitionem non
solū pectoris nuditatis, sed cetericis, quod
minūs est etiam in hac vita. Sic. *Nobis Do-*
minus, etiam reuelationibus, velaminis spatia
metatus est. Nām cui sorori nostrae Angelus in
somnis, cernices (quasi applaudens) verberans:
elegantes inquit, cernices, & meritō nuda. Bo-
nūm est usque ad lumbos, à capite veleris ne-
& tibi ista cernicū libertas non profit. Nec
solum ostentio carnis fœminæ, sed & pe-
dis calceati est turpis apud Deum, & ita
obscœna infernè, sicut supernè. Ut ipse Je-
sus B. Enrico de Sufon reuelauit (vbi assi-
gnatur à P. Ortigas infrā.n. 184.) Sic. *Vide*
quam turpiter, quam obscenè, modo in virorū
omnium aspectu ingrediatur. Si scorta olim
tam nuda incessissent; honestæ mulieres ex ani-
mo erubuisserent. Enī ut supernè, & infernè tam
dissolutæ, ac nudæ incedunt, ut meritō possint, in
virorum omnium oculis pudore, intra se se affi-
ci, &c.

Allie Reuela-
tiones.

148 Multa exempla reuelationibus fir-
mata de damnatis mulieribus, propter ostē-
tionem pectoris, adesse testificatur Pater Or-
tigas ibi alleg. 1. §. vltim. & unum inue-
nies in Speculo exemplorum. verbo. Vesti-
mentum. exempl. 8. & alia visa sunt in ope-
ribus antiquis, & modernis, de hac mate-
ria

ria impressis, propter vanitatem ornatus,
cui ut vanior, & lascivior tribuitur excol-
latura, & non pauca tradit Beyerlinck.
verb. Ornamenta, & titulo ornatus moli-
ties, à Deo punita. Quibus fundatus, con-
clusionem nondum assertam, proferam.

Responso ad Dubium.

149 **E**xcollatura, ut his temporibus est *Conclusio.*

in vsu, siue æqualiter circumdet
infra humeros, siue magis aperiat pectus,
quam scapulas, siue minus ; semper est
peccatum mortale, in quacumque mulie-
re, cuiuscumque status, & attenta quacum-
que consuetudine, præcipue in Hispania.
Dico semper, & in quacumque muliere.

Quia non datur dignitas, vel gradus fœ-
mineus, cui pro signo, vel honore, vel alia
aliqua causa, vel honestate, possit compe-
tere, vel utile esse, carnem delicatam, ac-
curatam, & appetibilem ostendere. Imò
indecentior, & incompatibilior cum sua
dignitate est talis ostentio; quia sicut lon-
giores à consequentia appetitus volunt
supponi, longiores ab occasione debent se
poni. Et dico semper. Quia in præsentí
abusu non supponitur parua materia, que
dabilis est, nisi alia forma scissuretur ve-

Non possunt
excipi Nobiles

L Itis,

sis, ut humeros superet, & collo circulariter approximetur. Quod non potest fieri forma vfa, (ut iam multæ fœminæ volentes vestem modificare, experierunt) siquidem non habet thorax vnde teneatur circa radicem colli, nisi labatur, quamuis illic possit attingere: Vnde nec potest tegere humeros: quod sufficit ut parua nondicatur ostentio.

*Quæ sit parua
materia?*

150 Pro quo, Diana cum Alberto de Albert. dixit, ut infra n. 181. vnius tantum digiti ex collaturæ, paruam materiam posse iudicari. Qui non potuit congruerter magis se extēdere, ex recepto, & communi modo philosophandi Doctorum, qui volentes, in quantitatis discretæ materiæ, assignare paruam, in ieiunio, v.g. ad platinum se extendunt usque ad duas vncias, quam ponunt quartam partem, collationis, sed hæc collatio, quia ex iuris litera non supponitur, etiam regulatur ab aliquibus, pro quarta parte cœnæ ordinariæ, vel prandij ab alijs. Et cuius sit, non ut totum, sed ut totius regulatur quarta pars; cuius materiæ, usque ad octo vncias assignant regulariter, & cœna est totum; collatio quarta pars cœnæ; & parua materia quarta pars collationis. Quod vide ri potest apud Villal. to. 1. tract. 23. dif. 7. n. 4. Machad. to. 1. lib. 2. par. 4. tract. 3. doc.

6.n.3.& doc.7.nu.2. Dian. in summ. verb.
 Ieiunium,n.5.& 68. Vnde parua materia philosophatur sextadecima pars totius. In Diuino Officio, tertia pars viiius horæ diurnæ, quæ pars septima totius est, & ideo pars vigesimaprima totius est ; Et parua materia duas horas laboris ad summum, in die feso, quæ pars duodecima diei est. Ideo vel aliquam harum regulationum, vel similē sequens, non potuit Pater Albert. de Albertis nu. 181. suprà vnum digitum assignare in excollatura, pro patte parua detecta, respectu totius pectoris; quia si duos digitos saltim diceret, & hæc pars duodecima dicatur, quæ minor est inter dictas; supponeret in pectore 24. digitos, qui non sunt habiles : nec philosophandum est respectu totius corporis, quia iam detegere mamillas, parua materia esset: & quia totius nuditas est summa ; summa nuditas rationaliter, dimidij corporis est.

151 Et dixi. Cuiuscumque status; quia de nuptiis, quibus aliqua extentio videtur inter reliquias, conuenire, iam visum est n. 69.70.74.80. & à n. 99. ad 104. quid liceat, & quomodo ; quarum directè cultum cōcedunt, & limitant Apostoli, ipsis loquentes. Vna enim vni nubetur, non omnibus. Vni igitur placere, & soli, conceditur; carnem ergo cuius est, detegat soli ; & cui li-

Nullus status
excusat.

cet appetere, & ideo aspicere; liceat ostendere. Alijs autem reuelauit Spiritus Sanctus. Eccl. 9. periculum aspiciendi. Sic. Speciem mulieris alienae multi admirati, reprobi facti sunt. Ideo non solum carnem, sed nec capillos nudare permittit Apostolus. Et S. August. dixit. Nec maritatas decet. Ibi enim aspectus periclitatur, vbi appetitus specialiter prohibetur in nono Decalogi. Et cur ostendere licebit, quod visum nocet? Cur licebit ostendere, cui monetur non videre id quod appeti non licet?

Minus in His-
pania.

152 Duxi præcipue in Hispania, quia hic abusus, licet vilibet malus sit, præcipue vbi nullo fine est tolerabilis, seu nihil peius excusat. Est enim propter efficaciam prouocationis impudicus, fornicarius, meretricius, ut ex Scriptura infertur, & in Hispania accipitur, sicut dictum est nu. 5. 140. & seq. in quo Regno iudicatum fuit tolerari non debere lupanar, quia peius vitium non vigeret. Quod magis expertum est, postquam fuit vbi cumque ablatum; quia plures sunt meretrices, quæ inde non parcer aluntur, & ornantur. Et non solum quæ se concedunt, & ostendunt; sed quæ se abscondunt, & regunt, nunquam securæ iudicantur. In quo, & in alijs, quæ videntia facilius sunt, quam loquenda, manifesta est propensio naturalis Hispanorum,

de

Hic probat
experiencia
communis.

de quibus nunquam , vel rarissimò audi-
vimus contra naturam aliquid : & minùs
his temporibus . Cur enim prouocare il-
los licebit ? & fœmina quæ hoc non vult,
ad quid delegitur ? nulla pœna erit illi,
quod tegi præcipiatur . Si autem pœna
sit, quia vult prouocare tacitè , vel expres-
sè ; imponenda est, quia iusta ; & aliàs patet
non esse ad quid toleretur , præcipue in
Hispania . Modò probat conclusio, in
eo quod sit peccatum mortale , contra ius
naturale , & Diuinum.

153 Violatur utrumque . Ut ostensum,
multipliciter manet , in re intrinsecè , &
substantialiter mala , dum publica suppo-
nitur . Est enim impudica , & meretricia ;
non vni , sed innumeris ex se damnosa ;
qua violatur honestas , modestia , pudici-
tia , charitas ; & ideo est prohibita à Deo
in conditione naturæ , omnis nuditas , iam
ipsius naturæ instinctu , iam ipsius Dei fa-
cto , iam verbo in vitroque Testamento ;
præcipiens prohibendo ; minans damnan-
do ; prouidens reuelando per Prophetas , &
per Sanctos Ecclesiæ : propter quod non
datur dignitas , vel status fœminæ ; nec in-
tentio , seu occasio excusans ; & solùm leuis
materia , seu venialis dabilis est , ut nudatio
aliqua à mortali deuiet ; quæ de facto non
datur , ut videmus . Quæ omnia , & singula

distinctè manent probata à principio hu-
ius quæstionis, antequam hic affirmata,
cum locis utriusque paginæ sacratæ, suis
Glossis, versionibus, & Sæctorum Patrum
dictis, intellectis; aliorumque reuelationi-
bus renouatis.

*Probatur auctoritate Patrum
Conclusio.*

S. Hieronym.

154 **P**robatur etiam auctoritate, &
sensu Patrum Ecclesie multo-
rum, quibus peccatum mortale in excus-
latura infertur. S. Hieron. ad Demetriadē
circa finem, tom. 1. ait. *Fuge lasciviam*
puellarum, quæ ornant capita, crines à fronte
demittunt, cutem poliunt.... illa amabilis, quæ
*negligit formæ bonum, & procedens ad publi-
cum, non pectus, vel colla denudat, nec pallio*
revoluto cervicem aperit.... dubita an loquar,
sed velim, nolim, quia crebro fit, dicendum est.
In ipsis actibus lasciviam supponit, quam
*fugere aliam mulierem docet: & quid vi-
ris diceret? & S. August. qui dixit n. 99. de*
nudatione capillorum, nec maritatas decet.
Infer, quid de carne diceret? & Tertullianus
*qui dixit de cultu, c. 2. *Iam non tantū**
*conficiæ, & elaboratæ libidinis sugestum recu-
sandum à vobis sciatis, sed etiam naturalis*
spe-

S. August.

Tertull. & nu.
147.

speciositatis obliterandum dissimulatione, & incuria, ut proinde oculorum incurvis molestum. Quod rationibus, ut suis probat, & vel. Virginis (apud Patrem Ortigas in opusc. alleg. fol. 13.) Vela caput si mater es, propter filium; si filia, propter patrem; si soror, propter fratres. Quid sentiret de nudatione pectoris, nisi quod dixit nu. 147. S. Anton.

S. Anton. de
Pad.

de Pad. in serm. feriae 5. hebdom. 3. §. Nota. Nō solum pectora, sed guttura discoverta, in honestati tribuit. Sic. Discooperiūt se in honeste, ostendendo guttura, pedes, manus.

155 S. Chrysost. tom. 4. in Epist. ad Timoth. 1. c. 2. hom. 8. *Hac enim (ait) omnia uno verbo signauit, cum diceret: in habitu ornato, & cum verecundia ornare se. Ista quippe, & à verecundia remotissima sunt, & plena decoris, turpitudinisque censemur... Si his quae sub viro sunt, quae in delitijs vivunt, quae dinitijs circumfluent, interdicit; quanto magis eis, quae virginitatem professae sunt?.... quid.... à fronte velum, facie candidius suspendis, ac demum pallium imponis: ut sub nigro colore facies candidior videatur, & gratior? quid item de collo, quod nunc quidem operitur, nunc autē de industria denudatur?... Quibus longe magis, quam auri monilibus, intuentes capi solent?... non minimum istud peccatum est, sed magnū prorsus, ut quidem ipsum Deum irritare ad iracundiam possit.*

S. Chrysost.

S. Basilius quē apud Aluarez, tradit. Caram. Episc. infītā, in Epist. ad lit. C. S.vlt.

156 S. Basilius. Mundus est quidam mulieris, & ipse demissus, & in pectus descendens, laxatis, & mollibus catenulis propendens, qui omnibus sit perspicuus, necesse prorsū est, ut quæ circa pectus sunt particulae, indecorè denudentur. Sic Sanctus apud Aluarez, (de quo infrā n.seq.) S.Gregor.Nazianz.tom.7.de orna.mulier. apud Ortigas . opusculo dicto. fol. 25. leuissimum , seu clarum valem, vel similem vestem renuens , ait. Per tenuissimo è lino, per lucidam, simùlque perspicuam vestem, & occultam, dum subludent, plus placent, &c. S.Antonin. vbi sup.n.141.S.3. quæstionaliter posita sententia S. August. scilicet. *Quisquis sic vtitur, &c. vt n.27. ait.*

S. Antonin.

Vsus malus nō excusat, quia debet non se- qui.

Et hoc intelligendum est, quando propriè sunt mores, idest actus morigerati, ea quæ frequentātur communiter ab hominibus talis loci . Nām abusiones non debet quis imitari , sed vt dicit Isidorus . Prauum vsum lex, & ratio vincat. Sic enim de vsu patriæ est , vt mulieres deferant vestes, versus collum, scissas , & apertas, usque ad ostentationem pectoris , & mamillarum; Valdē turpis, & impudicus est talis vsus, & ideò non seruandus. ibi. Arbitrio boni vi- ri remittit iudicium grauitatis peccati huius . Regulam generalem se fatetur ne- scire , nec reperisse , quis illam dedisset. s. Tamen 8. excessum in superfluitate , vel prouocatione ornatus , mortalem tradit;

sup-

supponens ipsum excessum esse contra morem Patriæ, qui eo quod mos sequibilis est; si verò turpis, & impudicus, iam non mos, nec sequibilis, ex eius data doctrina. Et de dicto vsu, scù ex collatura nō sequibili, nil amplius exprimit. Nec quod semel dixit. *Valdè turpis, & impudicus est.* Potuit amplius in leuitate collocare. Pugnant enim impudicitia valdè turpis, & leuis. Sensit igitur Sanctus ibi. (licet arbitriū docti viri noluisset regulate) quod dixit, & fecit. De quo ait Sur. tom. 3. in vit. apud Ortigas in dict. opusc. alleg. 2. §. 3. quod *Fœminas, hoc petulantiori habitu, non ferebat, veluti illicium Diaboli, in Templis.* Vide S. Vinc. Ferr. §. 74.

157 S. Bernardin. de Sen. tom. 13. serm. 13. §. Sextum, dixit. *Auerte faciem tuam à muliere compta, nè circumspicias speciem alienam; propter speciem mulieris multi perierūt.* Eccl. 9. *Et per hoc reprehendendi sunt patres, & fratres, qui existentes in domibus, portant diplodes, & habent inuenculas in domo: putas nè isti, quod sunt lapides: similiter & mulieres, quæ habent pectora nudata.* O insensate Mundæ, quot fatuitates aspicio! permittunt enim viri, uxores, quas amant, præbere occasionem illis, tanquam meretrices adamari. Proh. 7. Ecce occurrit ei mulier ornatu meretricio præparata ad capiendas animas. Et tom. 1. ser. 44.

S. Bernardini
Sen;

art.

art.3.c.1. Prospice collum, & considera ibi diuersarum vanitatum varietates... scapulę quoque, ac meretricia vbera... peccus rinulis lasciuis, &c. Clemens Alexandr.lib.2.de Pedagog.c.2.sicut vidi in quadam Epist.Dom. Caramuel.Episc. manuscripta ad D.Marcum Brauo, Cordubens. fideliter transcripta. ad lit.B.§. At ubi agitur. ait. Nullo autem modo permittendum est mulieribus, ut appareant, aliquid corporis denudantes, ne ambo prolabantur: hi quidem, ut qui ad videndum exientur; illae verò, ut quae inde virorum intuitum abtrahant. Et Alex.Alef. citatus à P. Ortigas dict.opusc. fol.43. Hic ornatus feminarum, vel est mortalis culpa, vel nunquam est sine mortali. Vide n.253.

158 Talem igitur timorem, & horrorem concepere Patres Ecclesię contra has, & similes vanitates ornatus; quod ensem euaginauerunt pluries, in Concilijs, & Statutis illas damnando pena excommunicationis: Ex quibus aliquot dicam. In tribus Concilijs, Clovesouiens. Mediolanens. Salzburgensis. prohibentur hæ vanitates, teste F.Iosepho de Villalua Minorita, Antorcha espirit.4.c.3. §. antepenult. non tradit verba. Sed aliqua ultimi Concilij, quia particularia, referam. In Biblioth. Concilior. titul. de prohibito, & illicito vestitu mulierum, c.cum in partem. Vnde quod do-

Clem. Alex.

Epist. Caram.
Episc. de hac
materia.

Alex. Alens.

Tria Concilia
prohibentia,

Lenter referimus, multorum quarelis sumus ex-
 citati, ac etiam in parte nostris proprijs percep-
 imus oculis, quod in nonnullis Prouinciae parti-
 bus, mulieres habitu induuntur satis in honesto,
 utputa caudam ad modum aspidis, ac alias or-
 natum exquisitissimum... Considerantes ideoq;
 quod ex his, & consimilibus vanitatibus, scan-
 dala, oblocutiones, & detractiones, quæ in cordi-
 bus simpliciū generantur. Ac nihilominus p hoc
 patrimonialia exhauriuntur; furtæ, rapinæ, &
 alia innumera peccata, & demum spectacula
 luxuriam prouocantia, in domibus, plateis, &
 Ecclesiis, alijsque locis, damnabiliter proueniunt.
 Nos igitur volentes, sicut tenemur his pericu-
 lis occurrere, sacro approbante Concilio, sub
 excommunicationis sententia, & obtestatione
 Diuini iudicij, uniuersos, & singulos laicos no-
 stræ Prouinciae, per viscera Iesu Christi obse-
 cramus, ac rogamus, & nihilominus districte
 præcipiendo mandamus, ut uxores suas, &
 filias, & alias mulieres, in sua patria, seu fami-
 liari potestate existentes, faciant honestè incede-
 re, prohibentes, ne nimiam in vestibus, & alijs
 mulierum ornamenti superfluitatem habeant.
 Eisdem etiam mulieribus, sub excommunica-
 tionis sententia præcipimus, ut in hoc, maritorū
 suorum obtemperent mandatis. Quod si secūs
 faciant; nostris suffraganeis, & alijs Ecclesiasti-
 cis viris nostræ Diœcesis, & Prouinciae, curæ
 animalium præexistentibus, præcipimus, rebel-
 les

les mulieres communione priuare, ac eas alijs Ecclesiasticis supponere censuris. Vniuersis etiam secularibus potestatibus, sub eiusdem distictionis pœna iniungimus, ut ad corroborationem, & executionem huius necessarij statuti, faciant statuta pœnalia, quibus hac sanctionem faciant exactissime obseruare.

159 Nunquid inter spectacula luxuriam prouocantia, in domibus, plateis, & Ecclesiis. Excollaturam, si tunc erat, vel esset in usu, excluderet? minime: quia non solum naturalem, & viuam, sed etiam pictam nuditatem, eo quod taliter prouocatiuam,

*Nuditas picta
prohibita.*

prohibuit Tridentinum sess. 25. §. Illud vero. Quod motu proprio Vib. VIII. Constit. 163. Cherub. tom. 4. cum censuris ze lauit. Prophanas picturas vetuit; Sanctorumque nudas in Italia exponere interdictum. Ut S. Laurentij, seù Stephani; ne pulchritudine Martiris puellarum fragilitas abutetur. Ut sic adnotauit Episc. Caram. in vit. Fr. Domin. de Ruzola, lib. 6. c. 9. apud Ortigas dictum. alleg. 2. §. 3. & Concil. Mediol. de Imagin. & prophan. n. 3. 26. 27. cū S. Carolo, id prohibuit, dicens num. 26. Et quoniam Christianorum hominum mentes facile corrumpuntur peccandi libidine inflamate, ob rerum turpium, atque obscenarum imagines. Ideo illas effigi vetitum est Constantinopolitanæ Synodi canone. Itaque curet Episcopus,

ut quicumque laici homines, id generis imagines habeant, eas abijcant, vel planè deleant.
Adest hoc decretum, cum alijs eiusdem Concilij, confirmatum per Pium V. die 6. Junij ann. 1566. & eius Bulla in fine libri, qui sex Concilia Mediol. continet.

160 *Quod si de carne picta, natura non est secura, cuius metu Concilia illam à pupillis iubet amouere; quid de carne naturali, semper accurata, & delicata sentirent? Quid mirum etiam quod S. Antonin. Archiep. Florent. sup. nu. 156. non ferret in Templis fœminas nudato pectore adesse. Cuius Ciuitatis Praeco Diuinus Simon Casinensis exclamauit, tantum vi- tium corripiens (ut P. Ortigas alleg. 1. s. 1. damuans, & referens, ait. *Fuè este Autor uno delos mas doctos, y zelosos de su siglo, aquien Tritemio llama Scientia, sanctitate, & spiritu propheticō illustratum. de Scriptor. Ecclesiae. Dice pues en su proclamacion à su Ciudad. Fœmina tua, Magistræ perditionis natis existunt, tegenda detegunt, & non prodenda produnt collum, gulam, pectus, humeros, mamillas, pedes, procaci audacia. Exurge, exurge igitur Florentia, corrige tuarum fœminarum hanc improbam vanitatem, &c. quia nisi debite corrigaris in his: hac damna, quæ pateris, tibi dico, initia esse maiorum, ita ut relinquaret deserta, veluti Ciuitas, quæ vastitati hostili cruditer denastatur.**

161 *Quid*

S. Antonin. in
grefium Eccle-
siae prohibuit,
propter excol-
laturam.

161 Quid mirum etiam, quod S. Carolus mulieres, talibus vanitatibus incedentes, ab ingressu Ecclesiae interdiceret; cuius quinti Cœciliij, ex sex dictis n. 160. ait Canon. n. 2. *Parochi singuli... studium adhibeant, ut omnem luxum, & cincinnorum ornatus, in aures, quod signum Diaboli.* S. Augustinus nominat, (& hoc in saepè dicta Epist. ad Pododium) fucum, & vestes, in primis, quas caudatas dicunt, Parochiæ suæ mulieres omnino deponant. *Qua in re persuadenda, argumentorum vim, rationumque momenta sibi comparant.* Cum ex S. Ambr. P. N. illarum luxum grauiter exagitantis, libris; tum ex S. Chrysostomi, aliorumque Patrum monumentis, in primisque ex homilia, quam eodem genere grauissimā, vir doctissimus Jacobus Vitriacus, S. R. E. Card. olim habuit. *Hoc autem omne, usque adeò ab Ecclesia vetitum esse, ille ipse affirmat;* ut si caudatae ad Ecclesiam accederent, *sacra communia interdicerentur.* Hæc Sanctus, & Concilium ibi. tit. de immoderatis sumptu, luxu, &c. Non vero dices, quod excollatura toleraretur, ubi fucus, inautes, & caudatae vestes prohibentur.

162 Quem sequuti sunt alii Episcopi, ut Cassinenfis, & Perusinus. Quibus Alexad. VII. in Bulla, die 3. Septembr. ann. 1656. expedita, loquens, commendat, quod omni instantia cutent hoc incendium lasciviarum

vitæ extinguere. vt infrā n. 186. P. Oitigas,
etiam Syracusanus Archiep. in suo edicto,
quod autenticū seruo , profert verba hæc.

163 D.Fr. Francisco de Gamboa por la
gracia de Dios , y dela Sede Apostolica Ar-
zobispo de Zaragoza , &c. por quanto à nue-
stro oficio Pastoral ha encomendado el Señor
el preuenir las causas delos daños, y calamí-
dades, que padecen las obejas, q nos encargo. Y
como claramente parece, que los pecados delos
pueblos, son los que llaman los castigos , que
aora se padecen de guerras tan vezinas, ester-
rilidad, enfermedades, y otros accidentes. que
segun lo que se ve, y ha sucedido otras veces,
se experimenta , que una delas ocasiones de-
los vicios , y pecados , que reynan uniuersal-
mente , procede dela demasiada inmodestia
del vestido en las mugeres , pues es ocasion de
prouocar à muchos, aun en las Iglesias, en sus
oficios, y al receuir los Säos Sacramentos , y
porque à nuestra vigilancia está encomenda-
do su culto Diuino como expressamente el Säo
Concilio de Tréto en la sess. 21. cap 8. quæ-
cumque in Diœcesi ad Dei cultum spectant,
&c. principalmente en la recepcion , y admi-
nistracion delos Sacramentos, y no ha basta-
do auerse lo avisado , y mandado algunos
años à en sermones, platicas, y misiones, escri-
tos, y otras diligencias muy de veras, y que
segun los mandatos delos Principes delos A-
postoles S.Pedro, y S.Pablo entren, y asistan
en la Iglesia con toda honestidad, y decencia,

Edictum Syra-
canum , ann.
1671.

Alium Edicū
Gadicenit, loc
ann. 1679. vide
n. 194.

cubiertas, aun las cabezas, y el cuello, quanto mas las carnes, que descubren en los ombros, cerbiz, pecho, y espaldas; y viendo pues que de esto, ni nuestro mandato, ni lo que los Santos Canones, y Doctores tienen dicho en frena este intolerable abuso; valiendonos segunda vez del mayor remedio, que usaron los Prelados de Italia, en ocasion semejante, como S. Carlos Borromeo en Milan, el Casinense en Florencia, y el Perusino en su Ciudad, quando vieron, que este licencioso trage se iba introduciendo en sus Diocesis, con cuyo exemplo nos exorío, y mando nuestro muy S. P.

*Ex literis A-
tex. VII,*

Alex. VII. en sus letras Apostolicas dadas à 30 de Sept. de 1656. à todos los Prelados pusiéramos eficaz remedio, como consta largamente delas alegaciones, que en uno y otro de

recho sobre este punto nos han hecho Theologos, y letrados, entre los quales aora mandamos publicar, e imprimir con este Edicto una de muy graues y relevantes motiuos, la qual auemos consultado con personas doctas, graues de ciencia y conciencia, y de primera suposicion en letras, y virtud, cuya aprobacion se lee en ella misma por tanto, en aquellas mejores via, modo, y forma, que de derecho, vel alias hazerlo podemos, y debemos renouando, y estendiendo el mandato por nos hecho, y publicado, en 15. de Sept. 1668. del tenor siguiente, cuyo contenido se repite. Mandamos en virtud de santa obediencia, y pena de excomunicacion mayor, trina Canonica en de-

Idest opusculū
P. Ortigas sapè
dictis tunc Edi-
ctum in lucem,
titul. allegacio-
nes dela mode-
stia.

PRO MODESTIA. 177

recho premisa, la tæ sententia ipso facto incur-
renda, que ninguna muger, de qualquier esta-
do, ò condicion que sea, passados treinta dias,
desde el dela publicacion de este nuestro Edi-
cto , entre en las Iglesias desta Ciudad , y de
nuestro Arzobispado, con esse trage indecen-
te , que descubra parte alguna delos ombros,
espalda pecho, ocerbiz, declarando como de-
claramos, que han de lleuar, vestidos con de-
cencia, y proporcion, ajustados al cuello, y que
no cumpliran lleuando mantos , y iendo a la
Iglesia cubiertos los dichos escotes , con lienz-
zos, ò balonas. Otro si para que esto se execute
mandamos à los Plebanos Rectores, Vica-
rios, y qualesquiera curas de almas, y à todos
los Confesores, que ay, y aurà en nuestra Dio-
cesi, seculares , y Regulares , y à todos los de-
mas Eclesiasticos, que no confiesen, absuelvan,
den la comunión, ni assistan à los matrimo-
nio, ni admitan para Madrinas dellos ni de-
los Bautismos à ninguna muger, de qualquier
estado, calidad, ò condicion, que sea, que passa-
dos dichos treinta dias dela publicacion de-
ste nuestro Edicto , lleuare el trage indecente,
que hemos dicho arriba, pena de excomunica-
cion maior la tæ sententia ipso facto incurrē-
da; y debaxo delas mismas censuras manda-
mos à dichas mugeres , que passado el dicho
termino no lleguen con el referido trage à co-
fesarse, ni à comulgar, ni à celebrar el Santo
Sacramento del matrimonio, ni à ser Madri-
nas en el del Baptismo , pues la materia es

M

gra-

grauissima , y tal la irreuerencia delos Santos Sacramentos , en que como estamos obligados à obiar todas las demas indecencias que pueden suceder, assi lo debemos hazer en esta que es de tan mal exemplo, y escàdalo; con apercurredimiento, que contra los trásgressores de ste mandato procederemos à grabacion , y publicacion de dichas censuras , y otras penas segun derecho , y à quitar à los Confesores las licencias de confesar en nuestro Arzobispado , pues se nos hâ de pedir estrecha cuenta , y atribuirse à nuestra omission sino atesamos semejantes abusos, como tenemos obligacion . Y ten , porque se nos hâ hecho relacion que algunos Cofesores , y Padres de almas dicen , aconsejan , y afirman , que se pueden llevar en nuestro Arzobispado escotes , y que estas censuras son ad terrorem , y que no hâsido , ni es nuestra mente el grabar assi las conciencias , mandamos à todos los Presbiteros , assi seculares , como regulares , de qualquier estado , o condicion , que sean , sopena de suspension , y priuacion dela licencia de confesar en nuestra Diocesi , que no digan , aconsejen , ni afirmen à persona alguna , que pueden llevar semejantes escotes , contra nuestra voluntad tan explicada , y manifiesta , en el tenor de las presentes . Y ten debajo de las mismas penas mandamos à todas , y qualesquiera personas , de qualquier estado , o condicion , que sean , que supieren , o oyeren decir , o en qualquiera manera iubieren noticia , de

que

que algun Confesor, Padre de almas, despues de la publicacion delas presentes, dice aconseja, ò afirma, que dichos escotes se pueden licenciar en el presente Arzobispado, nos lo manifieste, y reuele, para que podamos executar dicha pena de suspension, y priuacion de licencia de confesar, contra el tal Confesor, y proceder a lo demas, que vbiere lugar en derecho. Y ten amonestadas alas mugeres por el cargo de sus conciencias, y descargo dela nuestra, que en todo tiempo, y lugar, aun fuera delas Iglesias, se ajusten alla modestia del vestido, y euiten trage tan indecente, y profano, y que tanto prouoca la justa indignacion del Señor, para que nos castigue, con las calamidades, que padecemos, pidiendoles con S. Paciano Obispo de nuestros Reynos,

Affertur S. Pa-
tianus.

que tengan lastima de su Patria, que se ve opri-mida de tales castigos, pues en ello ofenden gra-uemente à Su Diuina Magestad, &c. (sequitur commendatio executionis ad Præ-sidentes, & Magistratus. Et specialis proui-dentia publicationis, cum exacto exami-ne obseruantiae.) Dat. en Zaragoza à 6.de Sept. de 1671. años. Fr. Francisco Arzobispo de Zaragoza por mandado, &c.

Nota. Quod in omisis adest.
Que la mayor parte, ó casi to-dos los D.D. las condenan á cul-pa mortua.

164 Idem postea executioni mādanit Archiepiscopus Compostellanus, qui etiā ad iustificationem determinationis similiis, fundamenta, & rationes à Doctoribus audiuit, ex quibus librum typis, suis ex-

Id fuit sequu-tus Episc. Com-postell. anno 1673.

Opus P. Tirso.
titul. respuesta
Theologica . In
quo cum Au-
toore. DD. Lü-
bier, Segouia,
Fernández, Na-
varrete, Lay-
nes , nullum
Sanctum , vel
reuelationem ,
opposito fa-
uere, affirmant.

penfis dedit. ann. 1673. ex labore, vt com-
 muniter aiunt, P. Tirso Iesuite, approba-
 tumque ibi à quatuor Magistris. Scilicet
 Fr. Raymundo Lumbier Carmel. Fr. Lau-
 rentio de Segouia August. P. Fernandez
 Iesuita, & Doct. Nauarrete, qui ex propria
 mente, Hispanis terminis, fatentur de ex-
 collaturis mulierum, esse periculosisssimas,
 & damnosissimas : Et quod non inuenitur
 S. Pater, qui de illis loqués permittat: Nec
 reuelatio aliqua in contrarium: (idemque
 de excessu ornatus): & ideo sua Illustrissi-
 ma Dominatio talia prohibere debet....
 censuris, &c. etiamque Confessores, fœ-
 minas non absoluere taliter incidentes,
 determinare. Vide ibi. §. 28. & §. 4. ubi P.
 Laynes Iesuita etiam dicit se nullum San-
 ctum, talibus fauentem inuenisse.

Et Episc. Pala-
fox.

165 Indico non minus fecisse in sua
 Dicēcesi Episcop. D. Ioannem Palafox, qui
 apud Ortigas circa fin. opusc. fol. 46. zit.
Mucho temo , que manifestar las espaldas tan
descubiertas en esta vida , es ofrecerlas desnu-
dadas à los azotes fierissimos delos Demonios en
la otra . Quod reuelatum ostendit Tertull.
n. 147. Est tamen benignior Episcop. Ca-
ramuel, qui Epist. dicta nu. 157. ex confue-
tudine desiderat excusari fœminas à mor-
tali . Sed ità cantè, quod in nota ad lit. B.
cum Andrea Vietorello, & Sà, tenet quod.

Si

Et Episc. Ca-
ram.

Si Patrie more non obstante, adhuc maneat periculum, nemo habitu scandaloso vtentes fœminas excusabit à peccato mortali. De cuius sensu latius infra n. 253.

166 Tot rationibus, quæ ex prædictis præcesserunt, mota mea Seraphica Religio in Cap. Generali, in Ordine 45. Romæ ann. 1506. in Chronologia Ordin. sic statuens decreuit. Item cum pluries fuerit reclamatū in Capitulo Generali de Confessorum absoluitionibus circa mulierum curiositatem, superfluitatem, & vanitatem, in earum ornatis: quidam afferentes, quod absolui possint; quidam verò negantes; & multa fuerint ab utraque parte adducta. Totum Capitulum Generale determinat, quod nullus deinceps Prædicator, & Confessor, aut Frater cuiuscumque gradus, & conditionis existat, audeat eas absoluere ab infrascriptis casibus, sub pœna priuationis audiendi confessiones mulierum, quam ipso factō incurvant: qui quidem casus sunt isti. Primò, quod mulieres, quæ incedunt ostendentes mammillas coram aliquibus, absolui non possint. Secundò, quod mulieres, quæ se fucant adulterinis coloribus, absolui non possint. Tertiò, quod mulieres, quæ vtuntur alienis capillis, non possint absolui, nisi quando vtuntur ad cooperiendum earum nuditatem. Nec per hoc intelligimus cæteras vanitates mulierum, & fatuitates approbare: sed quod pro nunc in istis casibus, ne-

Capit. Gener.
Seraphicum
Romæ anno
1506.

Excollatura
non absoluendæ.

Et fucus.

Et capillatura
aliena.

mo absoluere , sub pœna prædicta , audeat . Nec per hoc affirmatiuē , & firmiter tenemus , hoc sēper esse mortale peccatum : sed quod hoc expedīt toti Christianæ Religioni , & nostræ Familiæ : & etiam quia omnia ista prætendunt impudicitiam , & in honestatem , quam nos tenemur exprobare , & damnare . Et nè oriatur inter Fratres deturbatio , dicendo est mortale , non est mortale ; ordinat , & determinat totum Capitulum , ut nullus Fratrum præsumat absoluere à supradictis ; non affirmando , quod sit mortale , vel non sit mortale ; sed quia ita ordinatum est inter nos , pro bono communi totius Christianæ Religionis . Ex quo a posteriori clare inferatur , licet in determinatione peccati , ut mortalis , suum sensum mea Religio tacuisse , quod adhuc illud supponit sēpē adesse ; non tamen hoc semper esse mortale peccatum , firmiter tenet . Quod sufficere indicauit , vt communiter absolutio negetur , quia communiter impudicitiam , & in honestatem inuoluit . Sed interroga . Q[uod] semper mortale nō affirmatur , cur semper non absolui subetur ? Causa particularis est . Pro bono communi totius Christianæ Religionis . Debet ergo membrum respicere corpus ; quod si huic nocuum est , quod aliquando membro non est , debet abstineri semper . Quæ ratio fundatur in scandalo , quia præbet proximis occa-

sionem ruinæ , cum specie mali , id est im-
pudicitæ ; quod ex dictis sufficit ad mor-
tale non absoluendum , nisi corrigatur : &
hoc semper , quia leuis potest esse , ut actus
talis ; sed ut occasio talis imitandi , vel pro-
uocandi , nunquam : & ideo semper morta-
le nō affirmans , semper absolui prohibet .
Quod conuenit cum D.Thom.num.75. &
eius Commentatore Cardin.n.98. & à nu.
111. ut videtur §. seq.

167 Etiam Religio grauissima Prædi-
catorum ; seu Thomistica , quæ extensior
est , Schola , concors supponitur . Quia ipse
Angelic.Praeceptor.1.2.q.18.ar.9.conclu-
dens. ait . *Quem vis humanum ætum , in in-
diuiduo consideratum , necesse est bonum , vel
malum esse .* Et in dicta quæstione de cultu
sup. nu. 67. dicit esse speciale hoc in cultu
muliebri , viros ad lasciuiam prouocare .
Et ideo nu. 75. adhuc coniugatis fatetur
prohibitum esse ornatum superfluum , &
inuercundum , & impudicum : licitum
tamen solum , sobrium , & moderatum . ex
Apostolis , ut prouocatio temperetur . Ec-
de vano illarum ornatu nu.75. ait . *Non
semper est peccatum mortale , sed quandoque
veniale .* Vnde si de actibus indiuiduis hu-
ijs usus ex collaturæ specificè loqueretur
(quod suo tempore non vrgebat;) necesse
est concessisse esse malos , (ut ex eadem .

Doctrina An-
gelica , concors
est cum Sera-
phica . Et om-
nib. assertis hu-
ijs Operis fa-
uet consequen-
ter .

doctrina facillimè intulit Episc. Caram. in dicta Epist. n. 157. §. Penultimo ante notas peccatum veniale) & saltim, sicut de vanis dixisse: *Non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale.* Ergò concordat cum Seraphica doctrina tradita. Vbi pro Angelica duo notanda sunt.

Notabile pri-
mum ad intel-
ligentiam do-
ctrinæ D.Tho-
mæ.

168 Vnum est iam tacitum n. 102. & 103.
circa verba ipsius S. Doctoris. Data n. 99.
scilicet. *Illi autem cogitant quæ sunt Mundi,*
quomodo placeant, vel viri uxoribus, vel mu-
lieres maritis; nisi quod capillos nudare fæmi-
nas, quas etiam capit velare Apostolus iubet,
nec maritatas decet. (ex S. August. & prose-
quitur S. Thom.) *In quo tamen casu possent*
aliquæ à peccato excusari, quando hoc non fieret
ex aliqua vanitate, sed propter contrariam
consuetudinem, quamvis talis consuetudo non
sit laudabilis. Quæ verba sunt eadem, quæ
ex Glofsa dat Angelus de Clau. n. 102. quæ
jam non adsunt in vulgata, ut dictum est
ibi. Et etiam probatum, quam male tri-
buitur ipsius menti talis illatio, ex illis
verbis. *In quo tamen casu, &c.* ergò in om-
ni casu, id est data tali consuetudine: Ergò
data quacumque; & etiam de excollatu-
ris, possent excusari. Iam verò negatur
suppositum, quod corruptela possit gau-
dere fauoribus, vel nomine cōsuetudinis,
ut de excollatura dixit S. Antonin. nu. 156.

Sine veritate
tribuitur Diuo
Thome toler-
tio ex collatu-
ra illative.

& ci-

& citò idem de Angelo de Clauas. tradetur. Iām quia de non laudabili, ad vituperabile; de non bono, ad malum, non sequitur illatio. Et minùs hodiè, quia Glosa ablata est, qua Sanctus tolerauit. Nec tunc dictus Angelus (qui cum Glosa, & Sancto Doctore id tolerauit, quia nudare capillos, Cum hoc de se non sit impudicus, excusat consuetudo. Ut dicto nu. 102. latius dixit.) Rationem inuenit, ut idem de excolatura proferret; sed oppositum, in eodem loco, aiens. *Similiter continet impudicitiam, quod mulieres taliter vestimenta aperiant, quod pectus, & mammillas ostendant; unde tales non audeo excusari à mortali.... nec valet, quod sic est consuetum.* Quia corruptela est, l. quod non ratione, ff. de leg. quæ potius auget peccatum, c. fin. de consuetud. Hinc oriuntur intentum, notæ. Quia nescio quis in opusculo manuscripto Hispánicè, Patronum arripuit Angelicum Doctorem in fauorem excolaturæ; tradens verba dicta ipsius, tacensq; ly *In quo tamen casu.* Et transcribens sequentia. *Quamuis talis consuetudo non sit laudabilis. Ad cuius illationem, satis manet dictum.*

169 Alterum notandum est. Quod in eodem articulo agit Sanctus de ornatu, sed non ut honestus est, vel impudicus; seu qualis sit hic, vel ille; sed ut nocivus for-

S. Thomas in
questione or-
natus, inad-
quatè querit,
& respondet;
(vide §. 102.)
supponens di-
ctum in que-
stione scādali.
Sic intelligi de
bet Doct̄or qui
vis, intentionē
in ornatu que-
rens.

maliter est ornando; & sic peccatum querit in isto, non in proximo vidente; ideo non de scandalo, sed de intentione distinguendo, determinat. Ut patet in litera. Ratio notandi est, quod ornas se, mera intentione potest laedi, quidquid sit de ornatu; & mero ornatu potest laedere, quidquid sit de intentione: qua distinctione intelligendus debet esse ipse Sanctus, & alius Doctor, qui intentionem se ornantis querit; quia tunc non de laesione curat videntis, sed ornantis; & quidquid de illo dicat, non resolutum adequate, dum ipsius ornatus non determinat malitiam, vel bonitatem apparentem; quia dum de exterioribus agitur, non prouidetur rationalis respectu sui absolute, absque respectu aliorum, ut docet ipse S. Doctor ibi. q. 168. ar. 1. §. Respond. quod nunquam intactum relinquunt DD. sed alibi inquirunt, & determinant. Sicut ipse D. Thom. 2. 2. q. 43. art. 1. 2. & 3. ubi de scandalo agit. Et ad propositum ar. 1. definitionem traditam nu. 5. probans cum S. Hieronym. ideo. *Dictum, vel factum, &c.* Arguit etiam esse diminutam, quia cogitationem non imbibit; & respondet §. 1. verba quae videas n. 6. & n. 240. traditque ideo scandalum actuum prater intentionem agentis (de quo ipse Sanctus, & Caietan. 98. 110. & seq.) Ecce quod

quod in quæstione ornatus intentionem
quærerit, & in quæstione scandali, intentio-
nem omittit; cum fateatur nu. 111. ornatū
scandalizare, seu prouocare proximum:
ergò in quæstione ornatus, non de scanda-
lo ornatus quærerit, seu de proximo; Sed de
ipso ornando, quia de scandalo iam egit
alia quæstione.

170 Vnde passim aliud notabile sequi-
tur. Silicet, quod pudicitia ornatus mi-
nus vrget ornando respectu suæ conscienc-
tiæ, cui sola intentione satisfacit, quam
respectu aliarum. Quia sic non solum
opus malum, sed habens speciem mali
debet vi charitatis vitare. Ut dixit vtrū-
que S.Thom.n.143. & seq. & abstrahens à
malitia actus externi, sufficit in executio-
ne postponere salutem proximi ad suam
appetentiam, ut peccet mortaliter, secun-
dum ipsum Sanctum nu. 111. (qua doctri-
na faciliter probatur, quod fœminæ ad-
monitæ per salutis proximorum zelato-
res, & adhuc renitentes, sine intentione
lædendi, peccent mortaliter.) quod de
ornatu in quæstione scandali sequitur po-
tiùs, quam in propria. Et est ratio, quia ut
ornatus pertinet ad modestiam, quæ in
eadem doctrina, est temperantiæ pars. Ec-
licet illius partes, doceat Sanctus ipse, li-
gare auctoritate Scripturæ n.95. tamen ip-

Tertium nota-
bile ad eadem
doctrinam.

Item n. 110. circa effectus illarum, tenet respicere charitatem, cui opponitur ornatus scandalum: quae virtus candidior, & maior omnium, finisque legis est. Ideo ornatus, ut immoderatio ornando est, mitius ligat, quam ut scandalum aliorum. Quod est intentum ad intelligentiam doctrinæ Thomisticae.

Societas Iesu
in eadem do-
ctrina sociatur
Angelicæ, &
Seraphicæ.

171 Non minus (si alia Religio desideratur) de veneranda Societate Iesu, & eius stabilita doctrina, potest interri, sequi peccatum mortale in excolatura. Eo quod in re venerea, quantumuis minimam delegationem deliberatam quæsitam, vel admissam, tenet esse mortiferam, tota ista Religio; oppositumque, nec probabile, nec tolerabile esse, ex præcepto P. Generalis Claudij Aquauia, Romæ 24. Aprilis ann. 1612. (vt Diana, ex Trimarcho, & Tanne-
ro p. 5. tr. 5. ref. 5. citat) sub poena excom-
municationis, & alijs grauibus. Contra subditos aliter opinantes, vel consulentes. Quod renouatum fuit in Congreg. Gener. 9. in decreto 24. Sic tradunt communiter Iesuitæ. Rebellus, Lessius, Filiucius, Layman, Busembau, Vasques, Sanchez retratus; explicantque benignè Castropal. Mendo. & Tamburinus, quorum, & alio-
rum loca inuenies apud Patrem Moya. tr. 6. miscell. disp. 2. q. 2. §. 3. & ad intentum
sup-

suppono communem sensum; quod offenditio pectoris in muliere, ex se naturaliter prouocat ad lasciviam. Quod praeter dictas auctoritates, & dicendas, verum est adhuc in sententia benigniorum, inter quos primus adducitur ab omnibus Caietanus, qui nu. 141. hoc idem fatetur. Et ideo ait Diana par. 10. tract. 12. ref. 30. §. Nota. *Quod stando in opinione Caietani, & aliorum DD. (scilicet Armillæ, Nouar. Sanch. Filiuc. Graffij, Lessij, Azor. Trulench. quos antea citat, §. Non desunt.) peccarent mortaliter mulieres, si incederent nudato pectore, ubi non adest mos. Quod non auderent dicere, si ex se non esset quid prouocatum.*

172 Taliterque hoc sentiunt etiam communiter, (quod adhuc assueta excollatura) mitiores DD. eandem prouocationem ad libidinem ab illa oriri concedunt. Audi Caietanum, loco citato, idest in D.Thom. 2.2.q.149.art.2. §. Ad obiectiōnēm autem de ornatu. *Vbi tamen consuetudo non est, inhibendum esset, & citò extirpanda, nè creaseret;* quoniam conditio ista, quæ est esse prouocatum ad lasciviam, regulanda sic est, nè animi inuenit mollescit. (Nota vt in n. 141. quod de excollatura in proprijs terminis loquitur. Et quod immediatè ante dictum ait. Constat autem, quod prouocare ad lasciviam est alius

Excollatura naturaliter prouocat.

Etiā consue-
ta.

actus ex suo genere mortalis.) Idem cum illo sentiunt, & monent Syluest. v. Ornat. n. 3. §. Tertiò. Azor. par. 2. l. 12. cap. 18. §. Et quæst. 13. Nauarr. c. 13. nu. 19. Diana par. 11. tract. 4. ref. 32. §. Ante illum. Herinex. tom. 3. disp. 2. nu. 113. & §. seq. assert leges Belgicas, contra hunc abusum. Episc. Caram. in dicta Epist. §. Nec indè inferas, & in fine. Vbi tradit legem Venetam. Et §. ad literam D. S. Caroli excommunicatiōnem, & legem municipalem Mediolanensem. Vide illum n. 165. & infrā n. 253. Lef-sius etiam lib. 4. dub. 14. nu. 112. ait. Secūs est in nudando pectore, ut Caietanus. Graue tamen peccatum esset, huinsmodi morem introducere, vbi non est consuetum. Insolita enim magis mouent. Et res ipsa meritò ob periculū, etiam vbi est recepta, tanquam illicitum libidinis, esset abroganda, ut DD. monent. (Benè ex periculo manente, illicitum libidinis intulit, quod imbibit prouocationem, & hęc peccatum mortale, non obstante consuetudine. Ex Caram. dicto nu. 165. & Caiet. nuper. eo quod Prouocare ad lasciuiam est actus ex suo genere mortalis.)

Hoc tradit
Sylvester pro
regula genera-
li. infrā num.
478.

173 Suppono vltimo. Quod scandalum sumit suam grauitatem ab occasione quā præbet, ruinæ spiritualis alterius. Ut ait Castropal. de temperant. disp. 3. puct. 8. n. 9. & Bonac. tom. 2. d. 2. q. 4. punct. 2. §. vni-
co.

co.nu.ii. quæ occasio constituit formaliter, & taluat speciem scandali, secundum huius traditam communem definitionem, & abstrahit ab intentione ex dictis cum D.Thoma. Et satis n.169. qui ideo concedit in dicta quest.43. quæ est in 2.2. & precepit utr.3. §. Respond. scandalum actiuū mortale, præter intentionem. Vbi Caiet. §. Ad hoc dicitur. Peccatum sic commissum reducit ad speciem scandali solum, quia malitia alterius peccati caret; Ad cuius constitutionem, non data intentione, sufficit occasio, & cōsequenter huius grauitas, prout tendit in maiorem, vel minorē ruinam proximi, tribuit grauitatem simili scando. Ex quo deducitur sic intentum.

174 Occasio ruinæ mortalis, est mortalis; sed occasio libidinis est mortalis ruinæ: ergo occasio libidinis est mortalis. Maior est certa de occasione data absque ignorantia mali, cuius speciem habet occasio; (alias si occasionem præbere ad mortale, non esset mortale; nullum scandalum esset damnandum; quod est contra Euangelium:) quod omne, ex dictis, & suppositis datur in excollatura; quæ ex se est occasio data, & mala. Quia etsi Caietanus, Nanarrus, Lessius, Layman excusent à mortali (verba sunt Castropal. vbi nu. præced.)

Argumentum
ex dictis pro
doctrina Socie
tatis Iesu.

feminam ex consuetudine; excusare nequeunt introducere (antea dixit nuda pectora, vel tenuiter testa) tunc, quia introducit rem ex se periculosam, &c. Nec excusare volunt, quia Lessius n. 172. idem dixit. Azor. p. I. l. 12. c. 18. §. Et quæst. 13. de eodem, omnes in hoc conuenire, & idem Lay man to. I. l. 1. tr. 3. c. 13. n. 4. aiunt. Et quia ex se mala est, seu prouocatiua, adhuc consuetam monent extirpare ipsi; quia Idem in quantum idem semper natum est facere idem. Arist. 2. de generat. text. 56. quod etiam recipitur sic. *Idem manens idem, &c.* (magis urget doctrina relata à nu. 7. 12. & 14. qua ab actu indifferente, & aliquando bono, & honesto in se; propter tales occasiones, respectu pusillorum est abstinentia. Quod sequitur Diana cum alijs, quos tradit insumim. verb. Scandalum, §. 22. ex quo sequitur, ut dictum manet, n. 22. quod cum tali scando nihil est faciendum). Si ergo omnes, consuetam ex collatura extirpari docent; illam illicitam, & prouocatiuam, adhuc cognoscunt: vera est maior, de ex collatura experta: quod si malum ad quod prouocat, est libido (ut supponitur) apud quos nullus actus libidinosus est venialis, semper prouocat ad mortale: & vera est minor. Consequentia tenet; & totum meo videri sequitur ex doctrina Jesuitarum,

scilicet quod excollatura , nec consueta sit
venialis , eo quod prouocat ad rem vene-
ream , cuius minima delectatio , si sequa-
tur , est mortalis.

175 Quam illationem probat mens , &
factum Diana , qui in re venerea aliquali-
ter mitis fuit: quod matruis retrahavit.
Ut videtur in summa v. Luxuria , Hispanè ,
& Latinè , §. 3 . & consequenter cum de ex-
collatura mitius sentiret , id posteà retrah-
avit in par. 10. tr. 12. ref. 30. & apertiùs
par. 11. tr. 4. refol. 32. §. Ex dictis. Dices ta-
men vice versa , quod pari arguento de-
bent Minoritæ non concedere paruam
materiam in re venerea , qui ex Constitu-
tione posita nu. 166. graue peccatum in
excollatura supponente , non absoluere te-
nentur mulieres cum illa incedentes. Cur
ergò Emanuel Roderic. Villalob. & Por-
tell. paruitatem illam concesserunt ? Cur
saltem illam sententiam nō mutarunt ? Ad
quod dico primò , quod non tenet paritas ;
quia Minorita nullus paruitatem esse pos-
sibilem in excollatura negat , nec ipsa Cō-
stitutio aliud supponit . Secundò nego
suppositum , de tribus illis DD. ut infrā n.
197. satisficer.

Argumentum
ab opposito ,
contra Minori-
tarum doctri-
nam. Cuius fo-
lilio infrā.

(*)

N

Pro-

*Probatur Conclusio auctoritate
Doctorum.*

176 **S**Vnt etiam DD. multi, qui acriter
talem nuditatem damnant ex-
pressè, præter Sanctos n. 154. positos. An-
glus de Claval. (in cuius summæ com-
mento, Additionator citat Alexand. Aléf.
pro hac sententia. v. Ornatus. §. 2. lit. G. quē
etiam citat Ortigas, illiusq; verba. Alleg.
vltima. §. Luego. Apud S. Bernardin. to. 1.
serm. 46. vt sup. n. 157.) verb. Ornatus. §. 3.
ait. Secundum, quod requiritur in ornatu est
honestas, nihil enim in honestum potest esse licitum,
vnde sicut sine iustitia nemo ingreditur
Regnum Dei. ita sine honestate, qua est vna
de partibus eius essentialibus, l. iustitia. §. iuris
præcepta. ff. de iustitia, & iure. Et propterea
Paulus ad Galat. 5. Ponit impudicitiam, vnu
de excludentibus à Regno Dei ... similiter con-
tinet impudicitiam, quod mulieres, &c. n. 168.
Nulla intentio
ne excusat: Ipseque Additionator dictus, vt hæc im-
pudicitia, ex ipso facto damnatur, nec
aliqua excusat intentione, citat D. Tho.
in Paul. ad Timot. dicentem. Ornatus enim
pronocat, non intentio. Et Lactantium 2. cist.
c. 5 Nihil intereat, quod animo facias, quod fe-
cisse, vitiosum est, quia facta cernuntur, animus
non videatur.

Angelus
Alex. Alens,

177 Bust.

177 Bust. in Rosar. tom. 2. serm. 28. par. Bust.

3. §. Secundò, ait. *Talis ornatus meretricius est rete Diaboli, ad capiendas animas, & ideo summè est detestandus, tanquam omnino illitus, propter inhonestatem; nihil enim inhonestū potest esse licitum, cum honestas sit una de tribus partibus principalibus iustitiae. ff. de iust. & iur. iustitia. §. Iuris præcep. ideo unum de excludentibus à Regno Cœlorum est impudicitia, ut refert Paul. ad Gal. 5. ille ergo habitus est inhonestus, per quem mulieres ostendunt humeros, seu pectora, qui est habitus meretricius. Unde Eccles. 19. dicitur. Amictus corporis, incessus hominis, & risus dentium, annuntiant de illo. Hieronymus ad Matrem, & Filiolam. Palliolum interdum cadit, ut candidos nudet humeros. Et ad Furiam, &c. & ad Demetriadem. Illa sit tibi pulchra, &c. n. 154.*

178 Rosella v. Ornatus, n. 13. Secundum, quod requiritur in ornatu, est honestas. Nihil enim inhonestum, &c. (quasi Angelus, & Bust.) directè autem ille habitus habet inhonestatem, quando mulieres taliter vestimenta portant, quod pectus, & mamillas totaliter ostendunt; tales dico peccare mortaliter, quia sunt occasio efficax ad ruinam virorum.

179 Syluester verb. Ornatus, n. 79. Septimò quero quid de his, qui deferunt habitum inhonestum, sicut mulieres ostentantes pectora, &c. (ecce quod iam inhonestum supponit)

nit) dico quod omissa intentione, loquendo de
facto ipso, (Nota, & disce intentionem
omittere) stante consuetudine, licet non lauda-
bili, non potest dari regula generalis, nisi quæ de
occasione peccati datur suprà. Occasio. Sed totū
relinquitur iudicio Confessoris, qui in talibus,
quantum licet potest, restringat. Melius ipsū
intelliges ipso. Dixit enim num. 3. Secundū
quæro, quando ornatus sit sine peccato? Et di-
co. Quando erit secundum medium virtutis. Ad
quod multa requiruntur. Primo, quod in se sit
sobrius, non superfluus; ad quod iudicandum
debet homo uti consuetudine virtuosorum, &
consilio bonorum. (Et quid includit sobrius?
audi) Ad primum autem, scilicet sobrietatem,
requiritur primo, quod sit honestus, cum hone-
stas sit pars iustitiae. Ergo cum hic habitus
sit apud ipsum inhonestus, & sine consue-
tudine virtuosorum, & consilio bonorum;
non est sine peccato. Et quale peccatum?
exprime ex regula generali, quam citat
veib. Occasio. ibi enim ait. Intelligo, quod
occasio ultima peccati mortalis, sit peccatum
mortale, tripliciter... Secundo, quando sine cau-
sa quis dat occasionem, quia est contra charita-
tem. Secundū si ex causa, ut si mulier se ornet so-
brie, secundum morē patriæ. Sobrium suppo-
nit morem, ut causa sit. Ergo si nō sobrie,
sed inhonestè se ornet, sine causa est. Et sic
peccatum mortale, ex eiusdem doctrina,
est ostendare peccata.

Regulam ei-
rat, & prater
illam, iudicio
Confessoris ca-
tum relinquit.

180 Sà. Aphorism.ver.Ornatus. ait. *Fœ- sa-
minā pectus nudum gestare, sine mala intentio-
ne, quidam negant esse mortale: Ego difficile ta-
lem absoluere. Ad quod Mōure par. 4. c. Mōure.
8. §. 3. ad liter. F. n. 3. Respondeo (manet ibi
interrogatum. An sint in habituali pecca-
to scandalis?) *Mibi valde probatur opinio af-
firmans, quam religiosè satis defendit Sà. Verb.
Ornatus.**

181 Diana par. 10. tr. 2 & t. 12. ref. 30. citās
*Angelum, Rosella, vbi sup. Pisanella verb.
Ornatus, nu. 3. D. Antonin. in summ. par. 2.
tit. 4. c. 5. §. 3. qui sentiunt (dicens) inceden-
tes nudato pectore, peccare mortaliter
ait. Sed ego olim contrarium docui, quando iu-
xtā morem Religionis, &c. Et sic Cajetanus,
Armilla (idem fumus) Nauarrus, San-
chez de matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 46. nu.
26. Filiuc. tom. 2. tract. 30. c. 10. num. 220.
Graffius in decif. lib. 2. c. 76. nu. 2. Lessius,
Azor. par. 2. lib. 12. c. 18. qu. 13. Tullench.
in Decal. to. 1. lib. 1. c. 6. dub. 5. nu. 21. Verū
his non obstantibus, doctus, & eruditus P.
Albertus de Albertis ex Societate Iesu in
Paradoxa moralia, de ornatu mulierum,
disp. 2. c. 1. per totum. *Latissimè conatur pro-
bare primam sententiam, nempe mulieres nu-
dato pectore incedentes, peccare mortaliter. Qui
etiam putat Principes laicos, & Episcopos, sub
peccato mortali teneri talem consuetudinem**

Diana, & tra-
dit Pisanella;

Albertus de
Albert. peccata
mortale in
excollatura do
cer. contrarium
improbabile s
Principes, &
Episcopos sub
mortali, talens
& suerudinea
extirpare tenet
xi.

extirpare, & tales fæminas esse à Sacra Synaxi repellendas; & sententiam supradictorum Auctorum, qui liberant huiusmodi mulieres à peccato mortali, ex more patriæ probabilem, ex principio saltem extrinseco, non vult admittere. Et in fauorem P. Alberti ego hic aducam auctoritatem incliti Doctoris Sorbonici

Andreas Du-
bal.

Andreas Duballij. in 2.2. D. Thom. tract. de charitate, q. 19. ar. 5. ubi sic ait (de ornatu) vel est moderatus statui conueniens, &c. Et hunc non tenetur mulier deponere. Vel est immoderatus, & immodestus, vt quando mulier nudato pectore incedit. Et hic ornatus est ab ijs depo-nendus, quia probabiliter constat ipsis mulieri-bus, aliquos, ex earum in tali statu aspectu, cogitationes, & desideria obscœna, & nociva con-cepturos, & certè talis ornatus non est opus in-differens, sed re ipsa malum. Et de iure virgi-nis ad nuptias, respondeo: Virginem illam propterea non debere vt̄ habitu immodesto, si-quidem pro viro sibi querendo, multa ma'la committeret... Caietanus autem, & Nauarrus putant hunc ornatum insolentem, esse tantum peccatum veniale, ratione excessus pugnantis contra virtutem modestiæ, non autem ratione scandali; quia ex tali ornatu non magis causa-tur ruina proximi, quam ex pulchritudine na-turali, quæ omitti, & deponi nequit. Igitur si-cut ruina proximi spiritualis oritur tantum per accidens ex illa pulchritudine, sic etiam ex illo

illo ornatu superfluo: ex quo concludunt al. qui,
 mulierem ita superflue ornatam, & potissimum
 nudantem pectus, & si nolit eum deponere, pos-
 se nihilominus absolui in confessione. Quod ta-
 men ego nolle; siquidem mulieres ita super-
 fluè ornatae, sunt infallibiliter in laqueum, &
 ruinam multorum; præsertim verò, cum ad huc
 ornatus excessum nullum ius habeant, neque il-
 lis onus aliquod imponitur, si ejdem dicatur, ad
 ruinam proximi præcauendam, eo uti nō posse;
 sed solum eo qui est earum statui conueniens.
Hucusque Duuallius, sententiam P. Alberti
sequens. Nota tamen (prosequitur Diana)
 quod stando in sententia P. Alberti, in hac in-
 sueta pectoris fæminei nuditate, dari posse leui-
 tatem materiæ, ut si qua mulier infra radicem
 colli, pectus crassitie unius tantum digiti ape-
 riat, non putarim eam mortaliter delinquere.
 Ratio est, quia talis nuditas non videtur per se
 esse notabilis, quæ ad libidinem notabiliter in-
 citet, & huiusmodi ferè est ea, ut vulgo appellat-
 latur scollatura. Nihilominus à Confessariis,
 & à concionatoribus, aliisque animarum Pa-
 tribus, & Religiosis omnibus strenua opera dà-
 da est, ut huiusmodi quoque scollatura penitus
 tollatur, quia aliquid contagio vanitatis paula-
 tim serpit, & ab uno digito scollatura ad duos,
 binc ad tres, & ultra facile proceditur, & peri-
 culum ingens est, nè de veniali scollatura in le-
 tiferam incidatur. Addit etiam huiusmodi scol-

Insueta ait;
 quia Romæ
 ubi scripsit, nō
 est coniux:
 traditque ma-
 teriam leuem,

laturam posse per accidens notabilem euadere;
nām si immodicus ornatus aliās, nec dum nota-
biliter ad libidinem prouocabat, fieri potest, ut
addita scollatura, iam notabiliter ad libidinem
prouocet. Hoc Albertus vbi suprà. Nota ta-
men quod stando in opinione Caietani, & alio-
rum DD. peccarent mortaliter mulieres, si in-
eederent nudato pēciōre, vbi non adest mos. Et
Romæ non adeste, vbi scripsit, affirmat,
quia maior pars, quæ constituit morem, non co
vitur.

182 Ipse quoque Diana par. 11. tract. 4.
 resol. 32. postquam citauit Albert. de Al-
 bert. Marchan, Bricchium, Nouarium,
 Roccaful, Caietanum, Nauarr. Graff. Bo-
 nacin. Layman, Filiuc. Baldell. dicens, de
 talī consuetudine. Omnes clamant, nullo pa-
 go introducendam de nouo. Imò multi docent
 extinguidam esse. ait. Vndè si talis consuetu-
 do prava alicubi fuerit introducta, putat Ioan-
 nes Maria de Castillento in Theologia morali
 Seraph. tom. 1. ver. Consuetudo. diffic. 22. quod
 Superiores tām Ecclesiastici tenentur sub pec-
 cato mortali supprimere, & extirpare; quod
 varijs rationibus confirmat. Et ex eodem
 Castillento diffic. 24. ait. Parnitatem mate-
 rie in hoc more fæminarum..... Posse dari, mihi
 certum est.... Sancte poterit dari modus norabili-
 ter obscenus, & efficaciter prouocatius ad Ve-
 nerem, & minùs obscenus, & leuiter excita-
 tius

Romæ est in
vbi ex collatu-
ta, ait Diana.

Castillento.

Tenentur Supe-
 riores virtuēs;
 fori, sub mor-
 tali extirpare
 ex collatura
 consuetam.

tius ad libidinem: *Mos ergo notabiliter obsec-
nus, & prouocatus ad peccatum, est sanè illa-
tum, quæ ubera profluit, usque ad medieta-
tem, ut totum peccatum appareat.* *Hic enim mo-
dus, & potè omnino in honestus, & meretricius,*
*&c. possunt à mortali excusari, ab ignorantia
invincibili, & vera simplicitate... statim vero,
ac... moneantur, talem modum esse... mortaliter
peccaminosum, quia valde prouocatus ad li-
bidinem; tenentur talem vestiendi modum de-
ponere, & ubera, & peccatum, aliquo honesto ve-
lamine, non tamen transparenti, contegere.* *Aliter
se mortalis peccati reas cognoverint, & aeternis
pœnis infeliciter puniendas.* *Hu* ~~s~~ *usque Ca-*
stillento. *Quæ omnia magis confirmantur, ut su-*
*periùs dixi, à P. Albert. de Albert. & à P. Pe-
tro Marchan. à me alibi adductis.* *Et ut mens*
ipsius Diana breuius, & clarius videatur.
*Dicit in summ. verb. Aspectus, §. 5. Mulie-
res quæ publicè incedunt cum parte pectoris, &
mamillarum nudata, non sunt à Confessariis
absoluenda. Vide n. 188.*

Marchancius
cuius verba in-
frā n. 188.

183 Adest liber *Respuesta Theologica* nū- Tirso.
cupatus, in lucem editus, dicto n. 164. ex-
penis, & mandato Archiepiscop. Compo-
stellani, ann. 1673. ex labore, ut dicitur, &
scio sic esse, P. Tirso, cuius approbatio,
ex eiusdem Præfulis commissione, qua-
tuor Doctoribus supradictis facta, specia-
lis eorumdem sententia dicta manet, cui
fa-

Lumbier.
Segouia.
Fernandez.
Nauarrete.

Laynes.

fauet P. Laynes. ibi etiam citatus in operē de ornatu, & fuso, q. 15. casu 12. apud Albert. pag. 380. vbi probat Apostolum 1. Timoth. 2. loqui præcipue, in eodemque opere. Scilicet *Respuesta Theol.* §. 28. ex P. Hieronym. de Zafranis Iesu ta in comment. in David. digress. 1. disp. 3. c. 7. §. 1. pag. 429. dicitur. *Hoc ornatu incedere, licet omnis fucus absistat, & ma'us an mus alios incendi, percatum semper est.* Et si de ornatu loquamur in quo nudum peccatum exponatur (ut plerique probabilius putant) etiam lethale.

De Lessio ait,
aliter scripsisse
in Hispania.

De Lessio autem ait, quod aliter scripsisset in Hispania. Tradunt n Patrocinium huius tractatus, inter alios dictos, duo Iesuitæ, scilicet P. Hieronym. Lopez in Concione de escotado. ibi. §. 59. & P. Salmeron tom. 15. disp. 9. in c. 2. ad Timoth. 2. ibi. §. 4. (quibus adde Theophil. Raynaudem. tom. 4. lib. 6. sec. 2. c. 8. nu. 160. dicentem. *Corporis nudatio indecora, aduersans castitati.*

Ortigas.

184 Adde etiam P. Ortigas Missionariū in appendice. *Alegaciones dela modestia.* Quod opus, vt ex facultate Provincialis, de speciali commissione sui Generalis, videtur in calce editum ann. 1671. nullam excusationem, vel leuitatem admittit in scollaturis. Qui sententiam Simonis Casinensis tradit, vt sup. n. 161. & §. Es la otra, fol. 17. ait. *El P. Nicolas Causino Confesor del*

Simon Casin.

Caulinus.

del Rey Christianiss. en muchas partes de su Corte santa lo condena, y amenaza, con varias, y eficaces razones. Y aora en el tom. 3. impreso el año de 1667. en Madrid, dice en la fes. 8. fol. 102. no contentas con este aparato inventan muchos modos de descubrir la garganta, y ombros, reprobados de Dios; vergonzosos al sexo; ofensiosos à la naturaleza; y escandalosos à la decencia civil, y politica. Affert etiam pro sua sententia cum Episcopo Palafox, ut sup.nu. 165. Magistrum Fr.Thom.Ramon.^{Ramon} lib. I. quem scripsit. Delos trages profanos. Et seipsum citat in alio lib. Llama eterna. Et in alijs octo. Et P. Hetricum Engelgraeue, de quo ait ibi. Vno de los mas eruditos, y zelosos Predicadores de nuestro tiempo, en el tom. 5. de sus Emblemas Euangelicas, en la dela Ascension, §. 1. dice assi. Por el pecho, y corazon auerto de Iesu Christo os pido, por la razon, por la modestia, y decencia, que pide el Christianissimo, que professais, donzelllas, Matronas, que llevais descubierta, tanta parte de vuestra ceruiz, y pechos, como fuelles infernales, para auiar el lasciuo incendio, que cubriéndolas con el vestido decente, de jeis de llenar de empacho, y verguenza, à los ojos modestos; y à los torpes, de las lasciuas llamas, en que con ese traje meretricio; los abrasais, y consumis, &c.

185 Et §. seq. qui incipit. El P. Fr. Raymundo Carronio (prosequitur) es de la Religión

^{Carronio}

gion Seraphita; en su Apostolato, ó instruccion de Misiones, que sacò en Roma el año de 1659. à vista del Pontifice. Siente que pecan grauissimamente. Porque, como dice Hieron. Epist. 9. esse traxe es para venderse de suyo. *Vt vendibilius pereant.* Y à la objecion, de que lo ha-

Nulla inten-
tione purgatur
res illicita.

Zen con buena intencion. Responderem, hic, & nunc, illicitam nulla intentione purgari. Alioquin liceret fornicari, bona intentione sanitatis: ieiunium violare amore confortij. *Hec inten-
tio non est nisi vanitatis hic, &c.* Quibus con-
sideratis, nescio quomodo tales, in continua vi-
nentes iniustitia, propter occasionem, quam li-
berè dant concupiscentiae propria, & aliena, ab-
solvi possint, &c. Et ex citato Salmeron, cō-
tra excusantes maricatas dicit ibi, *Inne-
ctus in habitum fœminarum, indecorè nudantius
peccat, ipsas, quod id agerent; viros, quod paterē-
tur, cum acriter cañigasset, decem ex primarijs
Matronis, vestitum decentiorem, qui collo te-
nus, nihil intellum relinqueret, sumpserunt,
&c.* Et paulò antè ibi. Y ha sido ardid del
Demonio, que desnuden mas las espaldas, que
el pecho, porque la verguenza natural al sexo,
de los propios ojos, no enfrene el atreimiento.
*Ni los maridos pueden mandar, ni gustar, dice
S. August. Epist. ad Editiam, que sus mugeres
salgan por las calles tan desnudas, y si son tan
cobardes, y necios, que lo toleran, participan de
la culpa, &c.*

186 Et §.seq. Y àemos dicho, enseña S. Thomás 2. 2. qu. 169. art. 2. ad 2. Bauadilla cum alijs lib. 2. polit. c. 7. nu. 149. & 150. que à los Juezes ordinarios Ecclesiasticos se les dà la autoridad para oponerse à estos excesos, prohibiéndolos con censuras, como lo hizo S. Carlos Borromeo en Milan. El Obispo Isidoro Clario estendió la excomunicacion à los Oficiales, y sacerdotes, y Alex. VII. en la Bula de 3. de Sept. de 1656. ordena al Obispo Perusino, y à los demás Ecclesiasticos, que con todas instancias procuren atajar este incendio de lasciuia. La otra razon con que obliga el Casinense à prohibir este abuso con mandatos, estatutos, y censuras, es el temor del castigo, que el Señor amenaza à las que delinquen, y à las Repùblicas, y Pueblos, que callando mandan, que se execute, segun reglas del derecho. In cuius manu est, ut prohibeat, iubet agi, si non prohibet admitti, de Saluiano. Potestas, quæ prohibere potest, si taceat iubere videtur. Illa error, cui non resistitur, approbaratur de inocenc. Illa de S. Gregor. Cum mala corrigi loquendo possunt, silentium consensum esse pertimescant. 1. Past. c. 4. pues si. Facientes, & consentientes eadem pena puniuntur, &c. Et fol. 19. §. Pues los Predicadores. Enumerat Prædicatores, qui scientia, & auctoritate, ut DD. citari meruerunt. Ut Santi Llan, Nicol. Baptista. Sorribas. Lumbier, qui etiam hoc vitium publicè, & sepissime damnantur.

187 Etiam

Quid de Præ-
latis conien-
tientibus.

Prædicatores
famoli damnati-
tes hoc vitium

187. Etiam Auctores graues Iurisperitos enumerat. Ex quorum primò, fol. 2.
 §. 2. D. Alonso Carrancio, en la Rogacion, ó alegacion à Philip. IV. el año de 1636.
 §. 4. ait. *Acordò el Demonio de introducir en España vna nouissima dissolucion, y animoso desenfado, en las que viuen mas, y mas al uso, dando muestra desembarazada, y sin velo alguno de su garganta, y parte de los pechos, insolente licencia, opuesta de manifiesto, y sin rebozo á la debida honestidad, modestia, y recato Christiano.* Et ex ipso prosequente §. Es la otra, fol. 16. ait cum S. Cypriano lib. de bono pudicitiae. *Que si lleuan este traje indecente, por agradar á los hombres, aunque no tengan intento de perder la castidad, pecan, y á mas de los mas Theologos, que cita con S. Thom. 2.2. q. 169. art. 6. ad 2. de los Interpretes de ambos derechos dize, ay muchos, que son deste sentimiento, y en particular, todos los que comentaron el cap. Fucare. de consecr. dist. 5. Abb. in c.*

I. ne Clerici vel Monac. nu. 1. Cassan. in Catalog. gloria mundi, par. 2. consider. 32. Tiraq. in l. 3. connub. à princip. Gulielm. Bened. in cap. Raynuntius, verb. Cuidam Petro, tradidit á n. 32. Neuizz. in Sylva nuptiali, lib. 2. n. 86. &c. donde bien prueba, que á los Iuezes ordinarios Ecclesiasticos, les es dado el oponerse á estos excessos, y prohibirlos con censuras, y el gran Jurisconsulto D. Iuan de Solorzano, y Pereyra

DD. Theologi, & Interpretates utriusque iuris,

Cassan:
Tiraquell.
Guilielm.
Raynunt,
Neuizz.

Solorzano

ra ... del Consejo Supremo de Castilla, llan a à este traje infernal, en que se exponen à visi a tanta parte del pecho, ombros, y espalaas, pueria del publico ó carnizeria publica, donde se venden en tablas pechos . y espaldas. Entre otras son sus palabras esta, Emblema 35.nu.vlt.fol.
 70. Quod maxime in feminarum vestibus dolendum, & deplorandum est, quæ iam tam manifestis hiaticibus, & iverum, & scapularum carnes prostituunt, ut macelli ianuam censeas, aut certò prostituli. Sed hac bis, qui clauum Republicæ tenent iudicanda, & emendanda relinquo, qui ignorare non possunt. &c. D. Luis de Ulloa en su libro, año de 1659. haze una inuestiua contra los Ministros dela Iglesia. Diz endoles, quanto mejor se logrará esse zelo ardiente contra la dissolucion, y escanda delas mujeres, que aun en las Iglesia llevan las esfaldas, y ombros à vista, tan esentos, y ascitados, como las caras, y mexillas.

Ullos.

188 Et post pauca, traditis verbis P. Alberti cum Diana, vt nu. 181. hæc ex Mancancio de promit. Est ex natura sua peccatum mortale, vt his vestibus incitatiuus. Tunc autem scollatura est incitativa libidinis, quando nuditas aliqua magna apparet, vt est videre in illis, quæ pectus apertum girunt, etiam mamillas ex parte discoopertas. Y dà la rozen Caicano. Quia hoc est iam preparatorium ad libidinem. Que levanter el vestido para descubrir

Marcancij verba.

brir sus carnes à la execucion , no es tanto como cortarlo del todo , in 2.2.q.169.ar.2. Et hac ex Diana. Ex dictis patet me respōdisse his diebus interrogatus de hoc casu. An mulieres , &c. (ut sup. n.182.) essent à Confessarijs absoluendæ; Et negatiuē respondi . Ac præter Albertum de Albert. Et Petrum Marcancium adductos suprà. Adduxi Bricchium in Promptuario Conf. par.2.cap.23. Et alios, cum Rocaful . Hæc ex Diana assert, apud quem sup.nu.182. legi Bricchium. An sint duo, vel ex errore literæ, vñus, non assero.

189 *Et quadam curiositate relinquam hunc Auctorem, qui §. De cuyas, fol. 12. air. Quando en la primitiva Iglesia se les ponía a los hombres el pan consagrado en la palma de la mano descubierta , a las mugeres se les obligaba a cubrirla con un lienzo, que llamaban Dominical , porque no se les vieesse, ni la palma de la mano desnuda . Ità Theophil. Raynaud. lib. 8. de Mart. al darles la Extrema Uncion , se omite la uncion de la tabla del pecho , por la decencia. Ità Ritual. in præp. Y se permitirà, que con las carnes , a vista de medio cuerpo desnudo lleguen a receuir el SS. Sacramento? Hæc P. Ortigas in opere citato in Edicto Syracusano suprà transcripto.*

190 *Fr. Marcellinus de Pise to.2. Encyclopedię fer.5. Dominicæ Passion. §. Præstat (prosequitur sic). Iterum audire Pe- trar-*

Marcellin. de
Pise.
Petrarcha,

trarcham (quem anteā citauit Dial. 20. de
remedijs vtrius ; & dat hæc illius verba.)
Est locus, ut defleam, utque execrer ludibria,
hæc habituum extēnorū, quos vobis ab ex-
tremis Mundi finibus, furibunda præsens ætas
intulit. Sed Dij, hominesque, male oderint has
belluas humana effigie, ferino animo, barbari-
co habitu, compto fœmineam ad mollitiem ca-
pillo, moribus ad prinam duritiem horridis, at-
que incultis, hinc obſcena corporum impudicē
detegentes, &c. (Et Marcell.) *Quidnam, ò*
Petrarcha adieciſſes, si aui huius fāminas
aspexiſſes, meretricio habitu.... *Qubus aculeis*
confixiſſes illam earum ementitam castitatem,
quam ore profitentur solo cum cetera sint Vba-
neris? Hodiè sanè excidit effatū Musonij, qui
vestibus, ut clypeo vtendum dixit; scilicet ad
tutamen contra temporis iniurias. Etenim
præcipua fœminarū cura est in vestibus non
defendi, sed lēdere oculos hominum obuiorum.
Non est eis animus tegi, sed nudari, supremo
humero aperto, & in somitem luxuriæ finibus
explicatis.

191 Scripsit quoddā opūculum, (quod
cum alijs eiusdem ingenij nuper reduxit
ad librum, quidam deuotus in capite no-
minatus, sua cura, & expensis; adhibitis
opusculis, approbationibus, & licentijs.
Quem Exortacion à la vida espiritual nūcu-
pauit in titulo) Fr. Iosephus Gauarri, hūc *Gauarri.*

abusum esse mortalem probans, per totū. Primo. Rationibus. a n. 4. negās in Hispania esse consuetudinem, (cuius suppositio-
ne , aliqui a mortali excolaturam viden-
tur excusare); quia consuetudo petit con-
fensum Principis; sed Regium Consilium
prohibuit illam, lib. 7. Recopil. tit. 12. di-
cens . *jubones escotados ninguna muger los*
pueda traer , sino las que publicamente ganan
con sus cuerpos. Item . Quia consuetudo de-
bet esse ad maius bonum Reipublicæ . Et
quia illa est corruptela , quæ communiter
prouocat homines ad peccandum per oc-
casione, vel dispositionem , quod totum
de excolatura verificatur . Quam doctri-
nam textibus, & auctoritatibus ornat: Sa-
cram Scripturam, utrumque Ius , Reuelati-
ones, Sanctos Patres, & Commentatores
copiose accumulat, ut etiam proberet quod
non excusat intentio indifferens , vel etiā
bona, seu ignorantia ; aut esse maritatem,
vel dubiam de talis actus malitia ; seu fa-
ueri opinione ; eo quod improbabilem
esse, pluribus rationibus, & aliquibus Au-
toribus, defendit . Et, vel etiā dato quod
veniale non excederet; committuntur plu-
ra venialia uno actu ; & ratione periculi,
contemptus, scandali, vel fragilitatis, & ex-
onere multiplicitum venialium , facillimè
transitus fieret in mortale. Et præter anti-

qua

Ex Reali De-
creto in Hispa-
nia, excolla-
ta solum mere-
tricibus per-
mititur.

qua exempla Episcoporum Sanctorum, qui pœna excommunicationis talem abusum extinxerunt; citat quatuor Episcopos, qui moti illis exēplis, & literis Apost. Alex. VII. in Hispania, receptionem Sacramentorum, & ingressum Ecclesie, sub eadem etiam pœna prohibuerunt rebellibus fœminis; quæ, Flauiobriga, vulgo *Vilbao*, Regio Senati Vallisoletano, per Procuratorem occurrerunt, patrocinium quærentes, quasi vim patientes; ubi nullā fuisse determinatum fuit; illasque obedere teneri. Alia plura, & notabilia allegat, cū modernioribus Auctoribus, qui integris libris eandem sententiam defendunt; cum nullus sit, qui hactenus innotescat, qui oppositum ex professō, integro opere, vel opusculo, seu saltem quæstione extensa, elucidaret, & ponderi fundamentorum huius sententiæ satisfacceret. Quæ omnia videnda apud illum sunt.

Mulieribus in
Senatu Regio,
recursus nega-
tur, contra ex-
communicatio-
nem pro excoll-
latura,

192 Alius etiam Minorita Missionarius *Villalua*. modernior. Fr. Joseph de Villalua. Matrici edidit morale opus, cuius titulus. *Antorcha espiritual*. Qui Antorcha 4. c. 3. licet laconice, complectitur copiosè Fationem, auctoritatem, & textum, & omnia appetibilia in defensionem honestatis, & in contradictionem excolaturæ, quam inducere probat in damnationem æternam: op-

posita fundamenta dilueat.

Ignotus.

193 Fuit etiam quidā Doctor ignotus, Hispanus, qui pro zelo. ann. 1674. omnibus Prælatis misit Epistolam quandam, **omnia** vitia communiora corrigentem; & **contra** excolaturam incipiēs, per fucum, & vanum ornatum, in perditionem fœminas ire in ipsa probat auctoritatibus, textibus, rationibus, & exemplis.

194 Est etiam alius notus, qui circa finē eiusdem anni aliam priuatam Epistolam scripsit Illustriss. Episcopo Gaditano. Cui manifestum fuit, Deum esse actualiter maximē indignatum ob huiusmodi corruptelas, & specialiter ob scollaturam mulierum; sibique insinuatū, chartam illammittendam fore eidem Præfuli, ut remedium tanti mali quæreret; (quam ipse met mihi ostendit): in qua recordatū est, quod idem monitum, & reuelatum fuit S. Birgitæ, sicut ibi refertur. (ob quod, optimum desiderium executionis mihi aperuit ipse Præfus, & simul vidēdi exactum hoc opus, de quo notitiam habebat.) Cui verò attestanti, bene noto, debet qua dignus est fides præberi; quia capax est; quod sufficit, (& non oportet subiectum laudare) præsertim dum nil mirum, nouum, inauditum, seu archanum fuisset loquutus.

Non autem potuit per illustris Præfus,
tunc

tunc Gaditanus, ob ascensum sibi statim
occurentem, desiderium illud implere;
potuit tandem, & voluit Diuina Maiestas
suum opus perficere: & succedente Illu-
strissimo Episcopo D.D. Ioanne de Isla,
(in cuius manu hoc opusculū expletū, diū
permansit, & de cuius ordine fuit diutiū
reuisum): re mature, & paulatim visa,
controuersa, & comprehensa; suo edi-
cto, & censura, fœminea pectora tegere,
oraque reluctantia tacere, consequutus
fuit. Quo tempore, scilicet circa finem an-
ni 1678. D. Doctor D. Iosephus Garces,
primariæ Cathedræ Bononiensis olim
moderator, in Vrbe Mentosana, vulgo
Jaen, vbi tunc aderat dictus. P. Ganarti
chattam impressit, & Prælatis distribuit;
cuins argumentum, exactissimè, & erudi-
tissimè ornatum, & probatum, non solum
Theologicè, sed vrgentius in utroque Iure,
ut potè sua facultate, non est hic necessariū
explanare; est enim id ipsum, quod infrā a
n. 259. pōderatū inuenies; quod ego, inter
alia huius operis iam absoluti eidē, parti-
cipauerā. Cuius efficacia cognita, vt bre-
uius, clarius, & doctius intimaretur, & ex-
renderetur; vulgari lingua, quatuorque
philutis discursum finiuit, & remisit.

Episc. Gadie.
editum, & cē-
sura, cōtra ex-
collaturam.

Doctor Ioseph
Garces.

Item Romano idiomate opusculum in-
ueni, ante huius impressionē, Romæ ann.
1673. in lucem editum, per Vener. P. Joan-

P. Ioann. Leo-
nardus.

nem Leonardum, Congregationis Clericorum Regularium Matri Dei Fundatorem. titulo. *Del vano ornamento delle Donne.* Vbi doctrina mirabili, sc̄minarum studium in capillis, auro, & pretiositate reprobatur; preceptum de capite velando probat; maritatas, vel diuites non excusat, diversimodè. Sequentia peccata maxima, & innumera infert, & pessimum esse nouitatem ornatus: cum Scriptura, Patribus (nō ad literam) reuelationibus, & exemplis satisfacit: rationes oppositas enervat; refertque de quodam Philosopho Gentili Pythagorā: taliter sc̄minas prophanas ad modestiam reduxisse, quod *Mulieres, Pythagoræ integritate, vitaque seueritate adductæ, aureas vestes, ornamentaque lasciviora in Templo Iunonis consecrarunt.* Et ex Tertull. in Apol. Quod antiquitus solum licebat sponsandæ annulus, sed ferreus; aureus vero altissimæ Dominæ. Et ex S. Clem. Alex. Ped. l. 2. c. 10. Quod Licurgus Rex Lacedemoniorum legem instituit, quod pretiolæ, & vanæ vestes solis meretricibus licerent. Et ex Aristot. 2. Æthyc. c. 1. Eum scriptum non inuenisse, quod sc̄minæ uterentur alijs vestibus, quam lex Ciuitatis permittebat. De Platone autem 8. & 9. de leg. Quod extraneos non admittebat intra Ciuitatem, nè aliquem nouum ornatum in-

introducerent. Et ex Herodoto. Quod Barbaristitæ, talium nouitatum introduc-tores occidebant. Alia quæque, vel dicta non expressa, non exprimo, nè repetatur.

Item. Eodem idiomate vidi posterius opus. Sic superscriptum. *Rimedio per curare la vanità feminine.* Romæ token niter approbatum, & impressum anti. 1680. Autore quodam Clerico Regulari, suppresso nomine, quamvis noto; quod iussu (ut dicitur) SS.D.N.Innoc.XI. Neap. ex typis modo reproducitur: cuius vigilantia Pastoritia, notata fol. 1. (sic deinceps citabitur in dicta impressione) fœminæ Romanæ modestiores, idest omnino copertæ videntur. Et fol. 87. ait. *Vicarius Christi, Pater omnium fidelium, notorium fecit, medys omnibus Frædicatoribus fœminas Romanas, tali modo incedendi abuentes, (idest brachia, vel scapulam, seu peclus nudantes), suæ voluntati contraire: ordinans, post duas, vel tres monitiones, à Confessarijs esse, ex suo Sacro Tribunali expellendas; qui aliter facientes, suspensione facultatis audiendi confessiones puniendi essent.* (Quo decreto in dies iterato, & super ipso, dubijs occurribus, Sua Sanctitas declarationem expedivit, ut infrà dicam); & decreta politica circa rem affert, fol. 200. pro Romanis Constit. 52. SS. D. N. Sixti V. ex Bullario, & à fol.

Quidam Clericus Regularis.

209. Decretum Venetū 14. Ianuarij 1648.
& Genuense duplex 28. Nou. 1675. & 29.
Iulij 1680. & Lucēsia. duo 22. Octob. 1643.
& 7. Ianuar. 1676. in quibus pro reformatio-
ne fœminarum, & prouidentia mode-
stiae, ornatum muliebre, per totum, & par-
tes, intus, & foris, à capite ad pedes; di-
stincto, & mensurato diuerso illarum sta-
tu, minutissima expressione, Virginibus,
Sponsis, Maritatis, viduis, pauperibus, di-
uitibus; auro, & argento, vero, vel falso ex-
cluso, simplicitate expressa, regulatum,
fuisse asseritur; Sub pœnis non leuibus in
pecunia, & carcere, perditis etiam vesti-
bus; à maritis, patribus, fratribus, vel cō-
sanguineis, seu ab eisdem ipsis, ab
omni viro independentium, soluendis, au-
ctis in reincidentia; sine appellatione, vel
iudicio, alijsque assignatis, contrā om-
nes officiales tales vester componētes, vel
nouitates introducentes. (Suppono ta-
men non indistinctas in singulis decretis,
esse regulas, prouidentias, & pœnas, sed in
substantia panum differre.) Et pro nu-
ditate præcipue, Bullam SS.D.N. Alexād.
VII. die 30. Sept. 1656. expeditam refert,
fol. 150. & quod omnibus Prælatis, ad
exemplum S. Catoli, & aliquem Episcopo-
rum, efficax remedium expedientum, pro
fœminea excollatura extirpanda, fuisse

ibi

ibi exortatum: quam Bullam ex Auctore
operis *Respuesta Theologica*. Et Fratre Pe-
tro à Iesu, Franciscano, (cuius opus s̄epiūs
pro se tradit,) extraxit; cum quinque Epi-
scopis, nominatim, qui tunc nouiter in
Hispania, sub pœna excommunicationis
maioris (ipso facto, vñus; & extensa ad
Confessarios absoluētes, alias) prohi-
buerunt excollaturam: fol. 152. & fol. 116.
Concilium Mospeliense, Narbonensis Pro-
uinciae. ann. 1195. excessum ornatus mu-
liebris taxans. Et Salzburgense, sub Mar-
tin. V. ann. 1420. c. 34. (suprà expressum)
& Turonense, fol. 121. sub Greg. XIII. ann.
1583. can. 15. Sic. *Cum nos doceat Apostolus,*
mulierem non velato capite orantem, deturpare
caput suum. ... minimèque deceat eas tortos ha-
bere crines, & pectus suum nudare... nisi velati
capitibus, & pectore, potissimum in Ecclesia
incedere prohibemus. Indignum est enim mu-
lieres Christianas, quas decet cum verecundia,
& sobrietate ornatas, pietatem per opera bona
profiteri; meretricio more, in tortis crinibus, nu-
datis capitibus, & pectore, se, velut nundinati-
tias populo exponere. Et à fol. 123. circa
idem. **Concilium Provinciale S. Caroli. Se-**
cundum, tertium, quartum, & quintum,
(quod suprà), & de actibus Ecclesie Milan.
sub eodem S. Carolo decretum, par. 3. &
par. 4. sic (conformiter ad præcedentia-

Fr. Petrus à
Iesu.

dicta). Mulieres non sumptuosis, non caudatis
 vestibus, non crinibus inaniter intortis, non
 fuco, aut pigmentis vultu illito, non pectore
 nudo, aut tenui velo obtecto, sed ita vestito, ut
 ne præter faciem quidquam nudum cernatur;
 velo denso, bene semper super faciem demisso.
 Et sub qua obligatione, vel pœna, in præ-
 missis Cœcilijs loquatur Sanctus; videtur
 in secundò citato capit. Monita. dicens.
*Alioquin Sacris Canonibus, & decretis Conci-
 liorum satisfacere non censeantur; quinimò
 Parochi, & alij qui debent, in eas, postquam ge-
 neratim monitæ erunt, interdicto, & alijs pœnis
 ad præscriptum agant.* Et fol. 138. & seq. ex
 Synodo Romana, diuersa loca exprimit,
 omnem immodestiam, vanitatem, dupli-
 citatem, aurum, vel prouocationem in or-
 natu muliebri, istius partibus distinctis,
 & regulatis, reprobantia; & ad sacra susci-
 pienda, taliter fœminas cooperire volen-
 tia, quod Sacramentum, non Ministrum
 videant. Et in summa, quod non admit-
 tantur ad Sacramentum Pœnitentiæ, quæ
 non modesto, inaurato, vel dupli habitu
 accedant. Et fol. 141. sic refert, ex eadem
 Synodo. Similiter Patres familias, nisi pro-
 mittant suos subditos emendaturos; & moni-
 tione præmissa, satisfactioneque non manifesta,
 absolutio illis suspendatur: quod similiter fa-
 ciant Confessores cum illis, qui superfluitate

or-

*ornatus mortaliter peccant. Et quia hoc accidit
sapè, culpa, & negligentia Confessorum; ex-
plicabuntur distinctè casus, in quibus ex super-
fluitate quis mortaliter peccat. Primum est or-
nari ex fine peccati mortalis. Secundum, quan-
do sequitur transgressio præcepti Dei, vel Ec-
clesia. Tertium, quando in ornatu magis con-
sumitur, quam vires propriæ attingunt: vndè
oriuntur lucra, & commercia illicita, non fieri
debitas eleemosynas; non satisfieri legatis, aut
alijs debitis; aut differuntur mercedes operario-
rum; seù debita augentur, quæ tempore suo non
poterunt satisfieri; vel filiaæ in conuenienti æta-
te non possunt inde sponsari. Et quia quasi im-
possibile est, quod ille taliter expendens, non co-
gnoscat, aut possit, aut debeat cognoscere, quod
inde sequuntur, vel sequentur talia peccata; in-
dicandum est vniuersaliter, ipsum in peccato
mortali persistere, dum ex iudicio faciendo, Con-
fessori aliter non constet. Peccauit etiam morta-
liter in modo ornatus, licet suprà suam facul-
tatem non sit; dum hic sit ex se inductiuns ad
lasciuiam, vel communiter ut talis extimetur;
& quamvis ita non sit; intelligit, vel probabili-
ter dubitat, quod occasione illius ornandi modi,
qui à personis sui status probis non est in usu,
aliquis particularis mouetur ad amorem inho-
nestum, seù in tali peccato est: & adhuc perse-
uerans, nullam, vel paucam curam spiritualis
salutis proximi habet. Hæc ille, ex Synodo*

ad literam, patrio stylo; sed hic Latinè fideleriter traductus, pro Hispanis. Nec non ad rem tradit, fol. 147. decreta Cōcilij Bituric, sub Gregor. XIII. ann. 1584. c. de Laicis, can. 6. & fol. 154. cū duobus Auctoribus supradictis iuuantibus, pergit ad probandum peccatum mortale, in ornatū in honesto, ex ipsis decretis Conciliorum, & Prælatorum, & sententijs Patrum Ecclesiæ, cuius Doctores, & alios PP. refert, fol. 156. & expressius D. Thomam, & Dionysium Carthus. in dec. vitæ nobil. art. 14. Sic. Sancti Patres, & glorioſi, Illuſtrissimique Doctores, contra ornatū superfluum, & exquisitum, & curiosum, superfluumq; vestitū tam rigorosè non scriberent, niſi in eis mortale culpam existere non indicarent; venialia quippe peccata talem condemnationem non promerentur. Et P. Didacum Laynes Societatis Iesu Generalem, in Conc. Tridēt. Theologum Pontificium, in tract. de ornatū, & fuso mulierum, qu. 15. c. 12. dicentem. Innumerī Sancti, & Doctores, & antiqui Patres huinsmodi abusum taxant, & igne aeterno dignum existirāt: qui tam multi sunt, ut ob proximitatem vitandam, eorum sententias nō retulerim. Et fol. 162. P. Albertum de Albert. disp. 1. c. 7. §. 1. extensiorem testem. Sic. Ex cunctis Doctoribus de hac materia scribentibus, quoscumque, tum domi nostræ, tum foris diligenter

ter quæsiui, quos nācisei potui, nec segniter per-
 volutaui; nullum prorsū, qui huic præcisè du-
 bio: An ornatus fæmineus, notabiliter ad Venc-
 rem alliciens, sit mortal is? Directe respondens,
 id negare, atque à tam grani delicto eximer-
 audeat. Et pauca notabilia verba S. Aug.
 fol. 90. *Habitus impudicus corporis, nuntius*
est adulterini cordis. Et S. Ambros. fol. 319.
Mulier ornata, domus est omnium Dæmoniorū.
 Quibus fundatus, ait ipse, fol. 15. suo nati-
 uo eloquio, clariori stylo prolato, quod
 ideò sic trado. Affermo solamente col senti-
 mento uniuersale di tutti i Santi Padri, e Sacri
 Teologi (io parlo de i veri Teologi, non de i
 Teologastri, Maestri della Catedra di pestilen-
 za, i quali non hanno studiato la Morale Chri-
 stiana, se non sù gl'abusi, e sù le licenze, che
 corrono alla giornata, conformando le loro opi-
 nioni, non alla dottrina dell' Euangelio, e de'
 Santi Padri, ma al gusto corrotto della gente)
 affermo, dico, che il modo di vestire, il quale in
 molte se vede, con colli, spalle, petti, e braccia
 scoperte, non può in maniera alcuna scusarsi dal
 peccato mortale. Et duobus argumentis in
 contra, sibi non benè visis (iam suprà al-
 latis) auctoritatibus expressis, Auctore
 autem, non benè tacito, satisfacit acriter
 à fol. 181. Pro se autem tradit ex Theolo-
 gis Dianam retractatum, fol. 194. & ex-
 pressis verbis Cajetanum, Nauarrum,

Graf-

Graffium, Lessium, Azorium, & Thom. Sanchez. Ad quorum auctoritates addit reuelationum, & damnationis exemplorū copiam; sed, præter dicta, nihil magis ad hoc opusculum, ratione, textu, vel auctoritate. Modo declarationem promissam SS. D. N. Innoc. XI. exhibeā, quæ sequitur.

Dichiaratione di Nostro Signore.

Il peccato di seno, e braccia scoperte, auanti l'ultima riserua, si può assoluere da tutti li Confessori approuati, purchè la Donna si presenti al Confessore emendata, e prometta emendatione ancora per l'auuenire. Il peccato commesso doppo l'ultima notificatione, per la prima volta, all'Eminentissimi Signori Cardinali Vic. e ProVic. e per altre volte à Sua Santità medesima. L'emendatione è, essere il seno coperto, fino al collo, con robba non affatto trasparente, e le braccia fino à polsi. Hoc est.

Declaratio Domini Nostri.

Pecatum detegendi sinum, & brachia, ante terminum, seu citationem ultimam, potest assoluere quilibet Confessor approbatus, dum mulier se presentet Confessori emendata;

Pro-

Promittatque, se de cætero emendaturam. Pec-
catum commissum post ultimam notificationē,
pro prima vice, reseruatur Eminentiss. Dom.
Card. Vic. & Pro Vic. pro secunda verò, su-
met Sanctitati. Emendatio est, tegere sinum
usque ad collum, cum veste non rara, & bra-
chia usque ad pulsū. Per quod clare infe-
res, quid de excollatura sentiat zelus tan-
ti Pastoris, alijs remedium docentis, quod
lucratur Romæ, & sèpè suprà modestiam
ornatus vigilantis. Ex cuius viuæ vocis
oraculo promulgatum fuit editum ab
Eminentiss. Card. Carpino Vicario Ur-
bis. Dat. die 17. Martij ann. 1683. *Sopra la*
modestia del vestire. De alijs decretis circa
modestiam faciens mentionem; & specia-
liter prouidens, quod pauperes virgines,
quæ cum locorum piorum subsidijs, hone-
sto nuptui tradendæ forent, vestibus tantū
laneis induerentur; sicuti etiam similiter
nuptui traditæ, ut nec alia indumenta fer-
rent, quam lanea, alijs omnibus pretiosis
interdictis sub poena priuationis dotaliū
lartitionum, tām virginibus, quām viris,
quorum uxores, aliter, quam laneis indu-
tæ vidarentur, & ipso factō deuoluendarū;
ad eosdem pios locos, vnde ortum duxe-
re. Neque ad hoc tantū Supremi Recto-
ris zelus deslexit: Quinimò ad tale facinus
extirpandum, paternis haud monitioni-
bus

bus parcens, librum edendum, ac diuulgandum ipssit. Cuius titulus. *Il rimedio per curare la vanità feminine.* Et ut quandoque senioribus duriora coniungeret; ultra iām positam rescrutionem pro secunda vice; etiam Suæ Sanctitati speciali edito, non solum in virtute sanctæ obedientiæ Romanis mulieribus, quæ usqne ad collū teatæ non forent, earumque Confessarijs, eas absoluere præsumentibus, ipsum distictè præcepit; sed etiam vetuit sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ. Vnde & pariter eius mens patuit apertissimè cum aliarum Ecclesiarum Prælatis, vt id ipsum pro suis locis decernerent, epistolæ suæ viuz vocis oraculo auctoratas mittendas curauit; vt inter cæteros Eminētissimo Domino Innico Cardinali Caracciolo, Archiepiscopo Neapolitano felic. record. quarum literarum nouissimarum sub die 26. Maij anno 1684. proximè lapsi tenor hic erat; Ut scilicet in sua Ciuitate, ac Diœcesi Neapolitana expressè præciperet in vittute sanctæ obedientiæ, sub pœna suspensionis à sacris ministerijs, alijsque arbitrarijs punitionibus, Sacerdotibus, & Confessarijs, cum Sæcularibus, tum Regularibus cuiuscumque Ordinis instituti, ac Religionis, etiam specialem requirentis mentionem, præstitez
ad

ad id à Sua Sanctitate tributa ; qui mulieres ad pœnitentiaz, & SS. Eucharistie Sacra-
menta accedentes cum pectore, humerisq;
nudatis, vel etiam velo transparenti coo-
pertis, absolverent, vel ad communionem
admitterent: Quod omne dictus Eminen-
tissimus Præful, & qua suo integro mune-
ri, exemplarisque virtæ religiositate de-
cens fuerat, doctissima, ac feruentissima
sanctione declarauit sub die 22. Iunij
1684. Ex quibus omnibus manifestissime
patet, quantum hoc totum opusculum ro-
boret toties euulgata auctoritas Summi
Vniuersalis Ecclesiæ Pontificis Innocentij
XI. nostrique piissimi Patris, cupientis, ut
omnes orbis terrarum Antistites, ad Ro-
manæ Ecclesiæ, cæterarum Magistræ nor-
matam sua municipalia Iura disposerent.

Iuuat etiam Regis nostri Catholici no-
ua, & præsens Pragmatica circa modera-
tionem ornatus, & pretiositatis tempera-
tiam; quibus medijs facilivs consequatur
finis aliarum legum, circa eandem mate-
riam, suorum prædecessorum, ab ipso Ca-
rolo Secundo confirmatarum, & extensa-
rum. ann. 1674. in alia Pragmatica dicen-
te. Por quanto las leyes primera, y segunda,
titulo 12.lib.7. dela Recopilacion, &c. està da-
da forma, de como se han de usar, y traer los
vestidos, y trages, por hombres, y mugeres,

*mandamos se guarden las dichas leyes. Et cum
in eodem titulo, & libro prohibeatur ex-
collatura fœminarum, solumque publicis
scortis permittatur, vt sup. nu. 191. (quæ
permisso visa fuit efficacior prohibitio, si
verecundia adeset:) nullius præscriptio-
nis, vel consuetudinis manet excusatio in
utroque Iure.*

*Quod si totum hoc, non nouam, sed ve-
terē trahit originem à natura, Scriptura,
Cōcilijs, Patribus, Reuelationibus, & Ec-
clesia peréniter emanans; optimè iudica-
ui, licet ratione, & labore non attingerem,
quod non est opinio contraria; quia nulli
Doctori illam absolute auderem tribue-
re; talia fundamenta luspicans ab illo non
visa, vel non attenta. Si tamen adhuc ali-
quis opinionem voluerit præsumere, vo-
luntate intelligens, vel sibi arripiens opi-
niantem, rationi mittat propositionem,
tertiam ex sexagintaquinque damnatis,
quia iam est periculosis, in probabilitate
firmanda, vel utenda, minùs prudenter,
quam libenter agere.*

*Ex quibus omnibus hucusq; dictis, ade-
quate probatuſt, ex collatura esse corru-
ptelam in Hispania, & seculata levitate,
peccatum mortale. Quid igitur relat in
oppositum? magnum refugium, id est opi-
nio magnorum virorum. Ad hoc non
possum*

possim respondere sine examine huius
opinionis. De quo sit quæstio.

An detur opinio contraria?

195 **S**cio benè, hoc dubium esse nouissimum, & timeo, quod superbū videatur. Quia DD. magni, ut manifestum est in præcedenti, & erit in præsenti quæstione, supponunt opinionem dari excusantem ex collaturam à mortali, saitem ex consuetudine. Sed dico. Cur nouissimum dubium semper esse debet nouissimum? Cur speculationi non permittetur alicui, in re tanti momenti, quod ab alio nemine speculatum ex professo non facetur, nec est evidens suppositum? Erit ne miraculum inter Auctores graues, aliquod falsū, vel dubium suppositum, ut verum, vel certum transire, absque exacto examine primi, in cuius fide alij confisi omittunt laborem? Facile credo quod Auctores etiam graues, qui summam generalē construunt, singulas opiniones, & citatas expurgare, & doctrinas citatorū cōcinnare, ut eos formaliter exprimant, & distinguant, raro in longa vita possunt. Et sic non semper legaliter citant in loco, vel in formalitate; quia per se velociter aliquando transi-

tunt; vel in fide Parentum, qui idem fecerunt, citarunt: quam communem notam ex multis legi, & s^ep^e veram inueni. Et ita si queras, tanges. Et quamuis eo ipso, maxima cura, totum quod in hoc opere legaliter trado, legi, & perlegi; minus de me confido; solūm affero, me laborem immediatum in nullo omisisse. Sed aliqua exemplaria, ut dictum confirmes, accipe.

Oppositi in-
telligent Cara-
muel, & Tam-
burrinus, Bo-
nacinā, & Dia-
nam.

196 Grauem Doctorem satis concedes Illusterrimum Caramuelum. (omitto oppositum Cardenas, apud quem si legas, multa ad intentum inueas. Cuius sit ratio, etiam omitto). Tamburiniū vero, Doctorem dices grauem: hic igitur in Decal. par. 1. lib. 7. c. 9. quandam literam, Caramuelis exscribit. Vbi Caramuel pro se citat Bonacinam, & Dianam. Tamburinus autem conatur probare, falsum esse tale docuisse; sed oppositum, Bonacinam, & Dianam, eisdem in locis. Ego modo non curio quis vera sit; sed noto contradictionem, & infero quod alter eorum vel citò legit, vel non formaliter intellexit Bonacinam, & Dianam. Dato quod non citauit in fide alterius Doctoris, qui etiam mediè, vel immediatè sic intellexit. Ecce probatum intentum.

Rodericus non
benè citatur.

197 Comprobando hoc ipsum, respondeo ad objectionem tactam in fine, num.

175. sup. negando suppositū, nempē quod Rodericus, Villalobos, & Portel. paruitatem materiæ in re venerea ferant. (quamvis paritas argumēti teneret, quod omitto). Sed dices. Quod Amadeus Guimenesū P. Moya tr. 6. disp. 2. q. 2. n. 5. Emman. Rodr. in verbis Thomæ Sanch. recitauit. Et hic de matrim. lib. 9. disp. 46. nu. 6. hæc verba tradit. Sic. *Manueli tom. sum. 2. edit. c. 203. nu. 2.* *Oscula tunc esse mortalia, quando diriguntur ad actum carnalem, vel libidinosum.* Nescio in primis, an sint hæc verba → Emmanuelis Rodr. cuius summa, sicut est Hispana, edita fuit ab ipso, ut patet in præuijs instrumentis. Nec ordo citandi tale indicat; quia summa in quatuor tomos est diuisa, & quilibet distinctum numerum capitum habet; & tertius etiam 203. capita includit, & totidem primus. Ideò distinguendus erat prius tomus, & adhuc hūc punctum non tangit, nisi to. 1. c. 201. nec verba Hispana idem sonant: quæ sunt hæc. *Los osculos de suyo son pecado mortal ordenados al acto carnal, ó libidinoso; salvo entre casados.* *Dixe ordenados al acto carnal, porque sino se ordenan à esse efecto, no son de suyo pecado.* Y assi se acostumbran en Francia, y en otras partes. De parua materia nō agit, nec tangit illam. Nec in his verbis imbibitur. Quia questio de parua mate-

Pro osculis li-
citis, vide nu-
217. infra 222.

ria supponit malitiam. Et hic Auctor distinguit, & concedit vel mortale, vel nullū peccatum, dum est illicitum, vel licitum. Nec in ipsis verbis à Sanchez relatis, parua materia formaliter arguitur. Dicit enim ibi, quando sunt mortalia: quando venialia non dicit. Ideò possunt intelligi sicut ista; quando non mortalia, nec venialia. Ad quid ergò citatur Roder. quāuis sit ille?

Villalobos ina-
dequate-
cita-
tur.

198 Etiam Moya citat ibi, n. 1. Villalobos, ex Caramuele, qui in Regul. S. Benedict. n. 105 2. citat Villalobos in summ. to. 2. tract. 40. dub. 9. nu. 8. quem ipse doctiss. Episc. expressè numerat inter illos, qui in re venerea dāt paruam materiam. Quam opinionem primam nominat; suamque esse aliam, & tertiam. Pro sua igitur dicit ibi. Non video cur non possit Petrus leuiter fēmina pedem, pede comprimere, quin se exponat evidenti periculo consensus, in ulteriore actum... Esto non possit digitum mulieris strigere. vel leuiter, sine periculo consensus: an ideò neganda esset materia parua? minime. Villalobos verò ait ibi. Se puede hallar en este pecado paruidad de materia, como en otros: quales son los tocamientos leues, como dela mano de una muger, del pie, torcer los dedos, o pisar el pie. Sed dixerat antea n. 4. ibi. Los osculos, abrazos, y tactos libidinosos, o venereo-

en-

entre personas solteras, son pecado mortal, aunque no se imagine en la fornicacion: y llamanse libidinosos, ó venereos, los que se hazen con la delección, que dellos naze. Ecce tactus concedit leues; venereos minimè, nec aliquam delectationem, quam aliqualiter supponit difficultas hæc de parua materia; quā non fert Religio Societatis Iesu, vt visum est, n. 171. & cuius statutum dicit Caram. ibi. se non debere sequi. Ergò in re vene-rea, paruam materiam non concedit Vil-lalobos.

199 Etiam Moya ibi, sicut Amadeus tradit ex Portell. in addit. ad dubia Regul. verb. Sollicitare fœminas, num. 4. hæc verba. *Habebit hic locum ad excusandum,* paruitas materiæ, sicut & in alia materia; unde si Confessor dicat fœminæ verba leuia, vel aliud signum, vel opus leue faciat, indicatiuum amoris lasciui; quæ verba ad iudicium pruden-tis viri, nec sint peccatum mortale, nec sufficiē-tia ad persuadendum: *Credo quod talis Confes-sor non sit accusandus.* (& potuit addere, pauca sequentia hæc.) *Est enim communis opinio,* materiam leuem excusare in omnibus delictis, saltem à pœna Ecclesiastica. Hic est finis opinatiis, qui formaliter agit de ma-teria sollicitationis, quoad pœnam Eccle-siasticam, non quoad quantitatem pecca-ti; quæ pœna nec respicit formaliter, &

Portell. cita-tur pro opinio-ne, qua nom-est sua.

immediate rem venereum, sed sollicitationem in tali loco. Unde ut Confessorem excuset, saltem à pena Ecclesiastica, paruam materiam querit, non in re venerea (quæ occulta quit dari, & grauis, absque sollicitatione, de qua non curat); sed in sollicitatione (quæ dabilis est etiam ad rem venereum, absque re venerea: ut si Confessor vellet, & hoc etiam malignè, tentare fragilitatem, vel virtutē pœnitentis, absq; fine venereo; & si pœnitēs etiam repugnaret; daretur sollicitatio absque re venerea formaliter in utroque:) & licet signa illa amoris lascivii, levia supponere Portellium dicas. Omitto, quod supponit, & non querit, vel determinat. Sufficit illi ut supponatur opinio, cuiusvis sit, quæ facit in favorem delinquentis, ut moraliter doceat, illum ab accusatione, quæ odiosa est, excusandum; eo quod materia sollicitationis consequenter debeat leuis iudicari. Ex quo Mendo. Stater. dissert. 5. q. 1. n. 1. cum referat Autores, quos tradit Amadeus, pro tali paruitate materiae, Portellium omittit. Adde, quod cum stabilita doctrina Jesuitarum, n. 171. adhuc eam componunt cum his, & similibus leuitatibus: explicantes benignè præceptum Generalis. Castropal. tom. 3. disp. 5. q. 9. nu. 8. quem sequitur, & refert Tamburin. Decal. lib. 7.

Potest dari
sollicitatio ad
libidinem, sine
libidine, & è
contra.

Aliqua levia
admitiunt Ie.
suitæ, negantes
paruitatem ma-
teriæ, in re ve-
neræ.

c.8.§.1.n.8.Lessius lib.4.c.3.dub.8.Médo,
vbi nuper.Sed alio numero, idest 6.quo re-
sponsum adest ad argumentum,n.175.po-
situm. Licet ibi teneret paritas : quod vi-
sum ibi manet.

200 Similem igitur casum inuenio in
hac quæstione ; quia in Epistola citata
Episcopi Caramuelis , referri lego accu-
ratè, plutiès, & immediatè Albertum de
Albert. ut prober ipsum non damnare,
mortaliiter pectus nudum , vbi consuetum
est. Et lego Dianam, sicut suprà n.181. Po-
tes legere ipsum Albertum ad oppositum
tradere ; quod idem sentit Tamburinus
in se à n.246.Ortigas n.188. & Gauarri in
opusc.dicto,n.191.Quid verò dicam?om-
nes certum dicere ? omnes formaliter in-
telligere ? non possum ergò speculare, li-
cet, & conuenit ; an in hac quæstione opi-
nio contraria adsit; (quamuis non ades-
set excusatio completa , opinione data ;
quia ipsa deberet esse denuò speculanda,
ut Præcepta,Iura,Glossas,Patres, Reuelationes, Edicta, Exempla , & Rationes tot
euaderet,cuiusvis sit opinio,quia Vniuersi-
iusque opus quale sit ignis probabit. Templum
Dei estis; Si quis autem Templum Dei viola-
uerit, disperdet illum Deus. Ut ex Apost. in
principio huius Operis explicatum ma-
net. Et de hoc fuit quæstio,n.16.)An scili-

Caramuel,&
Diana opposi-
tè intelligunt
Albertum. Sed
Tambur.Orti-
gas, & Gauarri
intelligunt si-
cet Diana.

cet in citatione sententiae Auctorum, ali-
quid deficiat, vel superfit, ut ipsi vniocè,
iuxta suam doctrinam, & adæquatum
sensum, tradantur: est igitur.

Primus quasi oppositus citatus est.

Caietanus.

201 **C**aietanus Eminentiss. Cardin.
& ab omnibus primus, vt Patronus citatus,
qui opinionem excusantem ex collatura
mortali, vbi consuetam, dicuntur
sublinere. Quam quæstionem, cum alijs
de ornatu tractat ipse. In D.Thom.2.2.q.
169.ar.2.ad latus. Vbi supponit, quod nudatio
pectoris mulieris, secundum se, est
prouocatum ad lasciviam; quod amplius
non negat, sed distinguit prouocationem,
loquēs de ornatu muliebri, vt sic.
Quod aliqui citantes confundunt, sed non
illemet, qui specialiter, §. Ad obiectionem
autem, *De ornatu, & manifestatione pectoris*
(ait) dicitur dupliciter. Primò, quod aliud est
loqui de ornatu muliebri, aliud est loqui de nu-
ditate muliebri.

202 Et hoc consequenter, quia quæstio-
nem primam mouet sic. *An ornatus prouo-
cationis ad lasciviam, ex sola intentione in hac
specie reponatur; an etiam ex ipsa qualitate
ope-*

operis (quod de cultu muliebris specialiter querit, supponens cum D.Tho.ibi. Quod inter alia communia omni cultui, est in illo quoddam speciale; quod scilicet muliebris cultus viros ad lasciuiam prouocat, secundum illud Proverb. &c. Et quia in hac litera Sanctus Doctor non discutit de qualitate operis, sed de intentione tantum, ut notatum est n. 169. sup. Ideò Caietanus prosequitur.) Et est ratio dubij, quia in litera, de sola intentione ornatus muliebris, ponitur peccatum mortale, ad prouocationem lasciuiae. Constat autem quod prouocare ad lasciuiam, est actus ex suo genere mortal is. (Ex quo exurgit obiectio sequens, de qualitate operis, contrahens prouocationem illam ut sic, ad excollaturam) in oppositum est, quod ornatus aliquis secundum se dicitur prouocatus ad lasciuiam, ut cum ostendunt totum pectus mulieres, vel viri formam pudendorum.

203 Ob quod notabile additamentum, quamuis in singulis questionibus sequentibus de speciebus, & defectibus ornatus, concludit nullum ex se (nota limitacionem, & clarius infrà) quavis qualitate, esse mortalem, etiam contra consuetudinem; excollaturam verò, non contra, sed ex consuetudine tantum à mortali excusat in responso, sic. *Ornatus talem habens conditionem, scilicet nudati pectoris, iuxta Patriae rem,*

S.Thomas non
querit de qua-
litate ornatus,
in istius que-
stione . Ut sup.
n.169.

Grauius senti
Caietanus de
excollatura,
quam de orna-
tu quilibet .

rem, non est secundum se mortalis.

204 Iam vides argumentum, & responsum. Si queras modo, cur hoc determinat. Scilicet, iuxta morem Patriæ, non est secundum se mortalis. Cum non neget esse pronocatiuum ad lasciuiam, que provocatio conceditur mortalis? Dat rationem hanc vnicam: *Quia pectus non est inter pudenda.* Unde primi parentes genitalia tantum cooperuisse dicuntur. Ac per hoc non habet ex ipsa sui specie prouocare ad lasciuiam.

205 Ex quo contra prædictum dices. Ergo reliqua membra nuda nō tenet prouocare. Hoc nego, ut visum est in obiectione ipsius, n. 202. & quia ibi ait. Unde de B. Barnaba legitur, quod maledixit nudis viris, ac mulieribus. Constat autem non maledixisse propter pudenda detecta, quia nulla Natio tale consuevit, ut nu. 15. nec potuit Caietanus velle excusare inter Catholicos omnia simili membra nuda, solis pudendis teatis.

*Ex collatura,
quamvis con-
fugia monet ad
lasciuiam.*

206 Patet amplius eius mens, quæstionem hanc concludens, & aiens. *Vbi tamen consuetudo non est, inhibendum esset, & citò extirpandum, nè cresceret.* *Quoniam conditio ista, quæ est esse pronocatiuum ad lasciuiam* (scilicet pectus nudum, de quo loquitur) regulanda sic est, nè animi innenum mollescat. Quod si pectus nudum concedit prouoca-

re, potius omnia simili membra, præter pudenda. Debent ergo verba componi, & sic intelligi. Quod omnia membra, & singula prouocant genericè; & nullum habet ex ipsa sui specie prouocare ad lasciuiam. præter pudenda, quæ sunt ultima differentia prouocationis, seu terminus illius; ideo ex munere naturali specificè prouocant.

207 Nota autem ex dicto fine quæstionis. Quid timet Caietanus? Quod semel introducta nuditate pectoris, ubi nondum est consueta, crescat. Et quid de incremento potest resultare, quantumcumque introductio crescat, ubi consuetudo non est, nisi ipsa consuetudo? Si ergo ipsa nuditas pectoris, quæ alias mortalis apud ipsum esset, sola consuetudine excusatnr; iam semel introducta, quia mortalis est, optrandum potius sequebatur incrementum, & consuetudo, ut excusaretur. Timet tandem Caietanus consuetudinem fieri, quamvis vtentis excusaret usum, propter conditionem pectoris nudi, quæ est esse prouocatum ad lasciuiam, quæ prouocatione accusat factum ipsum, occasionem præbens, ut animi iuuenium mollescant, & ideo pereant. Ut patet 1. Corint. 6. v. 9. Neque molles Regnum Dei possidebunt. Sunt igitur consuetudinem excusare tale vtentes, ad distinctionem primò vtentium; sed quia

non extinguit prouocationem , non excusat scandalum inamissibile; quia conditio illa prouocandi , naturalis est . Et sic desiderat extirpationem scollaturæ , adhuc consuetæ , quia cum scandalo aeterno nihil fit . Ex D.Thom.& Hugo,n.22.

208 Vnde duplex consequentia ex Caetani mente oritur . Prima est , quod nuditatem pectoris excusat ex consuetudine , abstrahens ab scandalo; quam abstractiōnē supponit,& concedit. Probatur,quia supponitur , & debet supponi in tota ipsius doctrina (sicut in alia) nullam consuetudinem scandalum excusare , vel contra hoc præualere : siquidem cum illo nihil fit . Et concedit ipse Doctor, num.111. Etiam concedit ex ornatu oriri scādalum. in principio questionis . Sic . *Ornatus exterioris peccatum ex septem capitibus pendet.* Et septimum assignat scandalum . Et de excollatura specialiter dixit, n. 202. *Ornatus aliquis secundūm se dicitur prouocatiuus ad lasciviam, vt cum ostendunt totum peccatum mulieres.* Quam prouocationem dicit ibi esse mortalem. Ergo excusans excollaturam , à mortali,abstrahit ab scandalo; sicut etiā abstrahit ab intentione ibi. Quæ extrinseca,vtpotè accidentia ornatus sunt.

209 Vnde aliqua dicit de ornatu ut sic , quæ non bene intelliguntur , seu conueniunt

nunt ornatui semper, & absolute. Ut de quolibet ornatu sigillatim afferit, quod non est mortalis. Non quia provocatus, §. Ad primum in fine, ibi. Non quia excessivus, contra consuetudinem, vel nouus, §. Ad secundum, ibi. Non quia fucatorius, §. Ad tertium, ibi. Non quia pretiosus, vel superfluus, §. Ad quartum, ibi. Sed attento scando, aliud sentit. Patet ex eius verbis (quæ extensis, nu. 113.) Nullus actus contra charitatem proximi fit, per se loquendo. Grauiter tamen peccant primi utenies nouitibus occasionaliter damnosis proximo...quia tamen excusare se possunt...nec contra charitatem, nec contra iustitiam actus iste est: Valde tamen reprehensibilis...dum....non sine scandalo committitur. Contraria videntur, quod grauiter peccent in actu qui non est contra charitatem. Ait enim ibi, §. Ad quartum. Nam ad peccatum mortale igitur, quod sit contra charitatem, & non sufficit quod sit contra aliquam virtutem. Iten. & quod Non sine scandalo committitur. Nec contra charitatem sit. Dum ipse concedit cum D. Thon. 2.2. q. 43. ar. 2. quod Scandalum peccatum est, quia charitati opponitur (extensis n. 111.)

Vide Caieta. num. n. 115. ut hæc verba intelligas.

210 Quem modum dicendi intelligens, totam suam doctrinam capies. Nullus actus contra charitatem fit, per se loquendo. Et quare grauiter peccant, & valde sunt

repræhensibiles? quia Non sine scandalo cōmittitur. Quo attento , est contra charitatem, quod per se physicè, & realiter non est . Et ideo, ut non misceatur æquiuocatio in sensu suæ doctrinæ, finit questionem totam de ornatu, dicens. *Et scias, quod hæc omnia supradicta, ut toties expressum est, intelliguntur de ornatu secundum se , &c.* nu. 115. qua regula membrandum est quidquid dixit in summula. Vbi questionem de ornatu finit , cupiens quod discretè intelligatur, aiens. *Si vis diffusè hæc discernere , vide commentaria nostra, quæst. 169. 2. 2.* Unde sequitur prima cōsequentia ipsius doctrinæ . Quod vbi ex collatura excusat à mortali, scandalum datum, sicut malam intentionem , non includit, sed abstrahit, ut ex ipso probatum est. Et nè dicas quod talis excusatio inutilis moraliter ponitur (quia ex collatura non est dabilis actu, sine scandalo, idest sine prouocatione ad lasciviam , quia cultus muliebris est , vt ait D. Thom. nu. 202. & quia specialiter ex collatura est, vt ait Caietanus nu. 206., quam prouocationem constat ipsi esse mortale, ibi.) in sequenti secunda consequentia, ex eius mente datur utilitas.

211 Secunda consequentia est. Quod absolute seruit excusatio Caietani , ornatui ex collato ex Patriæ more, & parua excol-

laturā. Primum est expressum in conclusione dicta, n. 203. *Nudati pectoris, iuxta Patriæ morem, non est secundum se mortalis.* Vbi morem assignat pro ratione. Et adhuc secundūm se dicit, quia *Ornatus talem habens conditionem, ut excusetur à mortali, adhuc ab intentione abstrahit.* Etiam infertur secundum, ex ipsis verbis relatis ad alia dicta, n. 202. *Ornatus aliquis secundūm se dicetur prouocatiuus ad lasciniam, ut cum ostendunt totum pectus.* Et ibi. Constat autem, quod prouocare ad lasciniam, est actus ex suo genere mortalis. Ecce vnuus actus secundūm se non mortalis, & mortalis ex suo genere. Qua distinctione? mortalis; quia ex se prouocatiuus ad lasciuiam; non mortalis iuxta Patriæ morem. Sed hæc solutio non sufficit; quia talis prouocatio mortalis, eo quod naturalis, & inamissibilis conditio ex collaturæ; *Quæ est esse prouocatiuum ad lasciniam,* n. 206. *Non sine scandalo committitur.* Quod more Patriæ non tollitur, nec mos propriè supponitur, sed abusus, talis nudatio; ut ait S. Antonin. n. 156. quā ergo rationem addit Doctor, ut sufficiat? lege iterum. *Nudatio pectoris, iuxta Patriæ morem.* Dicit. non est actus mortalis, sed mortalis est. *Cum ostendunt totum pectus.*

212 Compone modò dicta. Vbi totum pectus dicit, prouocare supponit: vbi ly

totum aufert; prouocare non affirmat, &
ibi non esse mortale tenet: nec morem
tangit, ubi totum profert; nec totum di-
cit, ubi morem includit. Igitur totum pe-
ctus nudum, non cum more, sed cum mor-
tali vniens; & pectus non totum, non cum
mortali, sed cum more iungens, reliquit
intelligere quod totum, & mos non com-
patiuntur: quia totum pectus nudum,
mortaliter prouocat: & non torum, non
mortaliter; & sic potest esse iuxta Patriæ
morem; id est morigerata nudatione; &
consequenter prouocatione temperata.

213 Lege Fumum, num. 229. qui Caie-
canum sequitur; inferre ex leuitate, vel ex-
cessu nudationis pectoris, peccatum ve-
niale, seu mortale. Et Diana, Albertus, &
Castillento, ut tolleretur nudatio, paruam
materiam assignant, ut dictum manet: er-
gò accuratè loquens noster Cardinalis;
maiores nudatem pectoris damnans, &
minorem excusans, paruam excollaturā
supponit, quæ cum more non pugnet gra-
uiter, ut mos præualeat, & iuxta Patriæ
morem non sit mortalis actus; & conse-
quenter supponit illum venialem. Et certè
quod ex eius mente, nihil efficax potest
opponi; quia materiam maiorem, vel mi-
norem, & peccatum graue, seu leue, circa
excollaturam nō distinguit, vel tangit. Et
me-

meliū sex argumentis, ex eius litera videbitur.

*Argumenta ex Caietano
pro ipso.*

214 **A**rguitur primò . Nullibi dixit Caietanus, ex collaturam consuetam, inducere actum venialem; nec bene infertur ex eo quod dixit. *Iuxta Patrię morem, non est secundūm se mortalis.* Ergo venialis ; quia potest esse nullus : & sic eius doctrina utilior conscientijs. Respondeo. Nec bene infertur in aliado & trina, omittor in eadem, nego. Probatur primò , quia nūquam conceditur extincta naturalis *Conditio ista, quæ est esse pronocatuum ad lasciūam,* adhuc introductorya consuetudine ; imò consulit nè permittatur crescere , Nè animi iuuenum mollescant.

215 Et optimè fundatur, quia ad summum potest consuetudo tollere illud scandalum , quod vulgo pro nota admiratio ne, seu murmuratione usurpatur; non naturalem instantiam ad ruinam , quæ propriè scandalum actuum est : & ex con sequito, nec iuuenum mollitem. Quapropter cum consuetudine manet scandalum ex collaturæ, quod mortiferum afferit Ca-

244 VERITAS

Caietanus ; nisi ex parua materia excusetur
cum more; & eo ipso manet veniale.

216 Probatur secundò . Nàm sequens
Angelicum Præceptorem in doctrina
transcendentali data, nū. 167. tunc actum
neccesse est , bonum , vel malum esse. Et quia
de solo vano ornatu,dicit Sanctus ibi. Nō

Sic etiam in semper est peccatum mortale , sed quandoque
elligit Caietanus veniale. (Et quid diceret de nuditate ?)
nūs p. 115,

Quare cum non dicat Caietanus , hunc
actum esse bonum moraliter , sequitur di-
cere esse malum , & saltem veniale , dictis
excusationibus . Et sic de ipso , & de Na-
uarro , Andreas Dubal. ambos iudicare
veniale esse,affirmat,n. 181. Ipse etiam Ca-
ietanus in summula, v.Ornatus. Veniale
esse concedit.Sic. Caput quartum. (qualitas
scilicet ornatus) communiter peccatum indu-
cit veniale , si indecens est , & minus castus , vt
ornatus mulierum mostrantium media vbera .

Secundum ar-
gumentum ,
217 Sed contra. Ex ipsis verbis constat
Caietanum non supponere paruam ma-
teriam in excollatura , vt venialis sit , sed
in tali indecentia , vt media vbera appa-
reant. Quod ex à nobis allegatis,n. 181. &
182. non solùm non dicitur materia par-
ua, sed notabiliter obscena. Nec consue-
tudinem supponit Caietanus. Quia litera
sic prosequitur ibi . Verum tamen ubi con-
fuetus iam est , sine peccato videtur ; & in re-
me .

medium, nè peiora fiant, fortè introducūtus. Vnde absque parua materia, & cōsuetudine, peccatum concedit veniale; & nullum, attenta consuetudine. Imò ait vbi sup.nu.
206. *Non videtur vituperabilis consuetudo mulierum, pectus nudum deferentium.* Ergò nullo medio excusat ex collaturam à mortali, quod non supponit, nec veniale, ex sola consuetudine.

218 Respondeo. Quod in primis verbis auctoritatis, loquitur communiter: id est transcendentaliter, de qualitate, ut sic ornatius, pro qua assignat Caput quartum; ideo solum determinat, quod quæstio poscit, & abstrahit ab intentione, (cum qua, id est mala, non veniale, sed mortale concedit cum Angelico Magistro, n. 202.) & à nouitate, (cum qua graue peccatum assertit, n. 209.) & ab scandalo, (cum quo etiam graue peccatum affirmat ibi.) quod scandalum, non ad hoc, sed ad septimum Caput reducit. Et sic tribuit pro exemplo, diuidiatæ nuditati vberum, veniale contrarium ex illa trascendentia qualitatis; qua abstractione maius pondus non habet, quia sic qualitas indecens, & minus casta, solum vtentem damnat leuiter.

219 Et quare in sequentibus verbis nō affirmat, quod data consuetudine, est talis actus sine peccato; & quod non est vita-

perabilis? Sed dicit. *Sine peccato videtur.* Et etiam. *Non videtur vituperabilis.* Nullus Doctor suum sensum aperit per *videtur.* Sic communiter, qui non audet affirmare, dicit, *videtur:* & quando apparet quod non est. Ideò Scholasticè ad nihil seruit, *videtur*, quia nec verum, nec falsum indicat. Quod melius sciuit Cardinalis, sed noluit affirmare; benè autem dum voluit, affirmauit. Sic. *Peccatum inducit veniale.* Et sic. *Iuxta Patriæ morem, non est secundūm se mortalīs.* Et hoc iuxta eandem materiam: & quibus verbis standum est, determinatis, vel indeterminatis? ergo non urget replica.

220 Iterum interrogo. Cur non affirmauit? Quia non potuit affirmare, quod data consuetudine, non detur scandalum actuum; cum ipsa nuditas ex se præbeat occasionem ruinæ. Quod sufficit ad essentiam scandali, n. 5. cui accidit ipsa actualis ruina. Ideò dum affirmat non esse mortalem, iuxta Patriæ morem; non absolute, sed secundūm se dicit. Et quia non potuit affirmare, (nec aliis affirmauit, vel potuit), quod consuetudo extinguat saltem scandalum pusillorū, quod petit sub mortali abstineri ab actu, ex sua doctrina, n. 111. maximè cum otiatur ex facto minus recto, n. 5. & quia non potuit affirmare, quod

quod talis actus non sit malus moraliter.
Et sic ut dicatur cum ipso, quod *Peccatum inducit veniale absoluē*, sine abstractione;
debent supponi consuetudo, & parua materia. Et ut amplius clarescat sua intentio.
sit tertium argumentum.

221 *Ante illa verba. Non videtur virtu-*
perabilis consuetudo, &c. sunt hæc. Et licet
turpis videatur huiusmodi consuetudo insuetis;
si tamen consideremus, quod consuetudo tactus,
qui plus viget, quam visus, non vituperatur
vbi consueta sunt oscula, &c. Ecce sentit Ca-
jetanus has consuetudines excollandi, &
osculandi, eiusdem rationis esse ad pro-
uocandum, quamvis magis prouocatiua
sit secunda; ideo efficacius probat excol-
laturam esse licitam, vbi consuetam; & sic
sine vilo peccato; & consequenter suam
mentem aperit, absque abstractione scan-
dali, vel paruae materiae. Et bene funda-
tum, nām totum conuincitur ex paritate.
Quia in consuetudine osculandi non præ-
sumitur scandalum, nisi passionum, forte, &
non pusillorum, sed Phariseorum; quod
accidit osculatae foeminæ, illesa conscienc-
tia; nec parua materia petitur, vel distin-
guitur, & adhuc osculum, ex natura rei est
periculoseum, & illicitum, vbi non con-
suetum.

Tertium argu-
mentum,

222 *Respondeo. Si tam efficax currit, &*

similis paritas; cur de consuetudine osculari, cum affirmatione dixit. *Non vituperatur.* Et de alia sine affirmatione. *Non videtur vituperabilis?* ex distinctione preferendi videbis differentiam securitatis, & paritatis. Cuius disparitate data, formalius respondebo circa mentem Doctoris. Est enim consuetudo oscularum, eo fine, quem ipsa supponit, ex se licita, & bona formaliter, moraliter; & sic approbata, & monita ab Apostolis Petro, & Paulo. Ille. 1. Epist. in fine, ait. *Salutate in uicem, in osculo sancto.* Hic 1. Thessal. in fine. *Salutate fratres omnes, in osculo sancto.* Vbi S. Chrysostom. in Epist. ad Cor. 2. c. 13. hom. 30. tom. 4. *Quid est sancto? ut charitatis fiat symbolum.* Et Caietanus in summ. v. Osculum, ait. *Osculum benevolentiae bonum, ac laudabile est.* Ob quod talis usus non est decens, quia contuetus, sed quia bonus; & ubi indecens, non quia insuetus, sed quia vitiatus; nec insuetus ex ratione, sed ex fragilitate. Ab opposito, ex collatura ex se est non bona, & omni fine bono caret. Et opposita praeceptis amborum Apostolorum. Et quid pronocatium ad lasciviam, ex Caietano. Ecce disparitas.

223 Datur etiam ratione. Quia licet concedatur tactus semper efficacior visu; non tamenque dicam, sed exteris paribus. Minus

nus enim mouet obiectum, quod leuiter, & breuiter attingitur, ut in tali osculo; quam quod permanenter, ut in visione pectoris: etiamque ex visu generatur desiderium, & appræhensio, quæ se mèl ortæ, ex quo nis sensu facit casum. Et quod non honestè, nec bono fine, sed ut appetibile sensui, huic proponitur, facillimè appræhenditur male; quod è contra, non facile. Sed illo modo proponitur pectus visui; & hoc modo facies tactui: ergò non currit exemplar.

224 Sed nè præsumas, quod sic intenditur argumentum Caietani exprimere vanum: Dico, quod ipse infert ex paritate, quod verè sequitur. Hoc est, quod sicut consuetudo osculorum *Non vituperatur*, vbi consueta sunt oscula; Quia experitur nō oriri periculum ibi. Ita vbi etiam experiatur idem, *Non videtur vituperabilis consuetudo mulierum, peclius nudum deferentium*. Quod argumentum non fecit pro Hispania, ut ex se patet; vbi non suffert natura illibatam consuetudinem osculi. Vbi nam suffert? vbi temperantia, vel frigiditas Regionis, & Clymatis, synceritatem actus tolerat. Quod si non tolerare experiretur, illicitum foret practicè, monitis Apostolorum acquiescere; ut in Hispania; & hoc de intrinsecè licto; quid de illicito? & illicito, Doctor, vbi temperatior natura, non

non adesse periculum, de nuditate muliebri afferit? Non. Sed *videtur illi, candidis oculis, per candida pectora transiens.* Et de omnibus id non potens firmare; immo suspicās aliter aliquibus euenire, eo quod ante ipsum alij Doctores, quos non sequitur, sed temperat, aliter sentierūt, & scripserunt, periculum affirmantes, quod præsumitur, consequutos personaliter, vel sacramentaliter fuisse; non ausus fuit communem securitatem supponens, consuetudinem, ut imputabilem afferere; sed quod aliquibus, vel sibi, seu in se *videtur proferre:* quia in re scandali, sufficit quod aliqui sciant id, quod alij non.

225 *Quod verò, ut securius proferret,* non ad omnes foeminas, sed ad maritatas tātum extedit. De quibus ait. *Non videtur vituperabilis consuetudo mulierum, pectus nudum deferentium;* & clarè sensum aperit, prosequens sic. *Forte enim vix sic à viris amantur, & eos divertunt à maioribus criminibus.* Non autem dicas: quia non expressit, mulierum nuptarum; & viris suis, seu terminum limitans, vel distinguens; nos distinguere non debemus. Hoc enim non pro Cajetano, sed contra esset. Ecce distinctionem. *Vix sic à viris amantur, & eos divertunt à maioribus criminibus.* Quod de solis nuptis intelligere licet. Quia foemina non

non est Parochus virorum; si charitatem habeat, oratione, non corpore, cur & eos diuertere. Non igitur de tanti viri mente suspicandum est, quod illicitum quid, pro excusatione afferret, ut eadem ratione excusat à mortali scortum; quia scilicet, suo corpore, à maioribus criminibus viros diuertit: ergò solùm de nuptis loquitur, & ubi solos maritos prouocare queāt, quia peius esset illis, quam scorto, alios prouocare, ut n. 157. & 162.

226 Idem dat intelligere in summul. vt sup. n. 217. *Sine peccato videtur, & in remedium ne peiora fiant, forte introductus.* Vbi etiam introductionem pro remedio excusat, cum antè dixerat. *Longè tamen gravius peccat, qui primus est consuetudinis violator.* Ergò de solis nuptis potest excusari introductio, quarū interest, & quibus solis, licet prouidere nè peiora fiant à suis viris. Ex qua explicatione, aliqua dubitabis? pri-
mum, quod Caietanus loquens de nuptis, non excusaret, nec anceps diceret. *Videtur.* Sed firmiter. *Sine peccato est.* Secundum, quod loquitur de consuetudine, quæ supponitur de omnibus fœminis, sine discre-
tione. Tertium, quod dicens de viris. Nè
peiora fiant. Et quod *Eos diuertunt à mai-
oribus criminibus.* Supponit malum, & cri-
men, quod de maritorum diuersione ne-
quit

quit intelligi. Ad quæ dico. Quod intelligentia data non potest extendi; cum solis nuptis licitum sit, remediuū lasciuū virorū suorū præuidere: & intelligētia contra licitum, est etiam contra Auctorem. Nec ideo deficit responsum aptissimum. Ad primum. Non est absolutè licita nuptis; in ornatu. *Conditio ista, quæ est esse prouocatiū ad lasciniam, concessa à Caietano, nu.*

Videlicet quid licet nuptis in ornatu, ex ss. Chrysostom. & Thom. nu. 75. 104. 145. cum Apostolo num. 69.

205. & hoc intentionaliter: Ut Augustinus, cum Apostolo, quid minus ait. *Nec maritatas decet, n. 99. & istius, nu. 70. quia non tantum pronocatio illa, sed occultus usus matrimonij lascivus, non sit sine peccato.* Ex ipso S. Aug. nu. 101. sed ubi peiora fiunt, id est non naturalia, vel adulteria, non videtur nuptis, remedium suis viris præudentibus, vituperabilis, grauiter pronocatio in scissura; licet oratione, vel consilio, & non carne nuda deberent illos diuertere à maioribus criminibus. Et quale est sic in viris minus crimen? conuerti ex libidine ad uxores, sic prouocatos, ex dictis ad primum, quæ faciunt ad tertium. Ad secundum dico. Quod habitus consuetudo ex se, non ad utrumque sexum, vel ad unum adæquatè præcisè se extendet. Ut habitum diffiniens dixit B. Basilius ubi sup. n. 63. *Qui ad propositum cuiusque finem accommodatus est; cum decore, & di-*

gni-

*gnitate, habita ratione temporis, loci, personæ,
utilitatisque. Alia enim vestis conuenit, &c.
ibi. Sic in solis nuptis salvatur consuetu-
do latè dicta, excollaturæ, quia solis illis
conuenit, vbi peiora fiunt. Quod si peiora,
contra naturam intelligatur; & ideo velis
quod pro bono communi, de omnibus
fœminis sit sermo; in Hispania non urget
tale periculum, nec scio vbi: si autem ali-
cubi sit; ibi iuxta notam corruptelam
communem, aliter potest moueri quæstio.*

227 Adhuc argues sic. Non excusat Ca-
ietanus pectoris nuditatem, quia parvam
materialiter supponat, sed ornatus est re-
ductiue. Patet ipsis verbis dictis. *Orna-
tus, talem habens conditionem, scilicet nudati-
pectoris, &c. Et quia ornatus est ars quæ
iuuat pulchritudinem naturæ; natura ve-
rò superat artem, ideo magis prouocat; &
sicut natura inculpabiliter, ita quælibet
ars, & ornatus. Respondeatur ex ipsis ver-
bis: excollaturam non esse ornatum, sed
ornatus conditionem; cui aliam tribuit
Caetanus. Nempe Conditio ista, quæ est esse
prouocatum ad lasciviam. Ideo dixit. *Aliud
est loqui de ornatu, aliud de nuditate. Loquens
de nuditate pectoris. Et sic sicut non est
ornatus, ita non est ars, sed utriusq[ue] ca-
rentia; & potius ipsa caro complens, &
supplens defectum vestis, & artis. Ex quo**

Quartum ar-
gumentum,

non tenet argumentum; ideo quamvis sit ipsius Doctoris, non vtitur illo in hac quæstione, nec ad excusationem excolatur. Quod si aliter relatum inuenies: credo hoc, vel lege ipsum Doctorem. Verum est tamen, quod in hac quæstione, non tangēs rationem, de arte nuditatem pectoris prouocare, ut confert ad maiorem pulchritudinem, & ideo eiusdem rationis esse cum pulchritudine, quo ad esse prouocatum dicit, sed quo ad esse imputabile, non dicit. Vnde non timet, quod facies pulchra videatur, timet vero, quod pectus nudum videatur. num. 206. & est ratio, quod nuditas non prædicarur propriè de facie, sed de pectori; & ideo quod prouocet facies, naturale est; quod pectus, voluntarium: & de naturali ad liberum, non tenet impunitatis consequentia.

**Quintum ar-
gumentum.**

**Affirma ab af-
fuetis non fit
passio, non vr.
get in genera-
tione, & autri.
tione.**

228 Ultimò dices. In illis verbis dictis, n. 221. Lieet turpis videatur.... infuetis, &c. includit Doctor pro suo sensu, assioma illud. *Ab affuetis non fit passio.* quod validissimum est, & sufficiens, ut consuetæ excolaturæ non concedatur efficacia prouocationis: & sic excusat à culpa. Respondeo negando, quod huius Doctoris mens, tale assioma includat, vel tangat in litera. Ipse enim sciuit, cur illud ibi omisit, (quamvis ab aliquibus in argumentum trahatur)

tur,) fortè, quia non vrget vniuersaliter, ut in generatione, & nutritione; quia alimentum assuetissimum, quod hodiè fastidit, manè appetitur, & desideratur, eo quod adest principium intrinsecum, suscitans appetitum extinctum, in fauorem naturæ conseruationis: quod in generatione, & ad illam excitantibus magis evenit, dum magis assuetus, magis patitur, quia assuetissimum obiectum magis mouet in re venerea, masque prohibitum, quam permisum. Et è contra, à minùs assuetis fit minor passio, seu motio, & aliquando nulla in castis, & virginibus. Sequitur ergo, quod mens Caietani solùm ex parua materia, excusat à mortali, nuditatem pectoris consuetam; & in nuptiis, apud suos viros, magis iliam, seu clarius excusat, dum remedium suis viris auersis prævident, absque aliorum scandalo; à quo abstrahit in omnibus quæstionibus de ornatu; quo etiam attento scandalo, vel alia grauitate, mortale concedit in quolibet ornatu. Quod totum, ex ipso manet expressum in argumentis; & totius iudicium à fortiori manet Confessario. In quo non opponitur dictis S. Antonini, num. 156. & Angeli, Rosellæ, Bust. Sylvestri, n. 176. & seq.

Auctores Caietanum sequentes.

Lessius, de quo
latius infra n.
246.

Lessius lib.4.c.4.dub.14.de orna-
tu, quiue detur, & citatur ut op-
positus, dicit n.112.ibi. Dico quartò. Potest
tamen in excessu ipsius ornatus, esse peccatum
mortiferum per accidens, &c. Tertiò, ratione
scandali; ut si quis vteretur ueste adēd tenui,
vel ita conformata, ut per eam verenda non
satis tegerentur... Secūs est in nudando peccatore,
ut Caietanus, Fumus, & Nauarrus, præsertim
vbi est ea consuetudo; nam pars illa honesta
censetur, nec natura, aut pudor humanus postu-
lat, illam absolute tegi. Graue tamen peccatum
esse, huiusmodi morem introducere, vbi non est
consuetus; insolita enim magis mouent; & re
ipsa, merito, ob periculum, etiam vbi est recep-
ta, tanquam illicitum libidinis, esset abroganda,
ut Doctores monent. Vbi satis clarè videtur
pondus veritatis trahere ad se benignita-
tem intentionis ipsius. Quia non potest
Doctor Catholicus ita excusare delictum
proximi, ut veritatem non depromat. Si
pars illa, quia honesta, nec natura petit,
nec pudor, quod tegatur, cur graue pecca-
tum erit introducere? Quia insolita ma-
gis mouent. Ait ergo. Pars illa nuda mouet
solita, & magis insolita. Concedit, & qua-
li-

Illicitam con-
suetudinem es-
se tener, & ab-
rogandam es-
se.

liter mouet solita? tali periculo, ut *Tanquam illicitum libidinis esset abroganda*, ex eius, & Doctorum mente. Quod si illicitè ad libidinem mouet, iam non honestè: & consequenter, nec consuetudine excusatur ab scandalo, in eius sententia, cum ipsam consuetudinem illicitam, & abrogandam doceat. Non enim potest quid illicitum, ex alio illicito excusari. Quidquid amplius dicat, hoc non tollit. De quo amplius infrà, cum de Tamburino.

230 Sed ex Doctoribus traditis ibi, iam vidimus Caietanum; videamus nunc Fumum. Ipse verb. Ornatus ait, *Solet multipliciter esse peccatum: Quartò, ex qualitate.* Ut quando habitus est indecens, vel minus honestus. Ut quando ostendunt pectus, & huinsmodi; si desit mala intentio, non videtur mortale, potest tamen esse ita inhonestus, quod ex eo personæ scandalizentur, & esset mortale, quia daretur alijs materia scandali. Ecce ostensionem pectoris inhonestam faretur. Saltem veniale supponit; & in excessu mortalem docet. De quo nihil amplius dicit. Ergò apud ipsum quandoque venialis, quandoque mortalis, & semper mala est. In quo cum dictis Doctoribus tenet.

Fumus habitus
inhonestus
dicit, vel inde-
centē qui ex se
potest scanda-
lizare, & mor-
talem esse.

Nauarrus rela-
tiuē loquitur
in sensu Caie-
tani, veniale
non negat, ex-
tirpari confue-
tudinem ma-
net.

231 Nauarrus autem in Manuali c. 23. nu. 19. ait. *Neque etiam fœminæ mortaliter peccant ostentantes pectora nuda, quo pulchrio-*

res videantur, absque alia mala intentione mortali, secundum eundem, (idest Caetanum). Dixit enim anteā. Ex mente Caetani, quem sequimur,) quia id nullo iure naturali, Diuino, aut humano, saltem ad mortale obligante, veta tur. Nihil enim aliud est hoc , quam pulchritudinem ostendere, quæ quamuis summa esset, non tamen adeò incendit ut ea, cui inest dicatur peccare , eo quod alius per eam mortaliter peccet. Quod ille ibidem neruōcē probat . Et deduci potest ex his , quæ de occasione vitanda dicta sunt. Namquam consuetudo hæc digna sit, ut a locis, in quibus est, paulatim extirpetur . ibi. Et hæc candidè, iam vides quod relatiūe verbis , & sensu Caetani loquitur, & ideo paruam ostensionem pectoris supponit, citrā scandalum, in quo aliquid addit ad pietatem Caetani, non inueniens periculum mortale in ostensione summæ pulchritudinis, quod, non ut Doctor, sed quasi testis afferit , quod omitto . (Nullum in hoc habet votum homo castissimæ mentis; qui, vel auditu , nescit miserias in pectore proximorum latentes. Potior est auctoritas patientis, quam vincentis: & Cōfessoris, quam Doctoris:) Caetanus verò cautiūs timet iuuenes. Ideo Nauarrus, qui sua priuata libertate periculum mortis nō inuenit in ista consuetudine, extirpandam tandem esse , ut Doctor communis consu lit,

lit cum alijs. Ex quo patet. Quod dictum à se anteā, abstrahit ab scandalo, seu occasione mortifera, siquidem illam non supponit, & eo ipso nullum ius inuenit veterā sub mortali. Et est certissimum, quod non supposito scandalo, totum corpus potest ostendi, quando fiat omittio; & nulli dubium est, quod omni iure veteratur scandalī occasio. Quia abstractione solum potest intelligi, & verè loqui. Sed quia in eadem doctrina, quam se fatetur sequi, scandalū posse oriri mortale ex aperitione pectoris, non potuit dubitare; & provocatiuam ex se ad lasciuiam esse, ut probatum ex Caietano manet. Ideò ad illius extirpationem tendit, & consequenter illicitam esse fateatur; Ius adinuenit, scandalum cognouit, periculum vedit, & ruinam multorum timuit. Alias non esset cur extirpationem consuetudinis moneret. Ideò cum Caietano, Lessio, Fumo, præcæteris Doctoribus est numerandus.

232 Sed nota, quod unicum argumentum de summa pulchritudine, non sibi tribuit, sed Caietano applicat; quarè non attingo. Quia ille eo virtutur non in hac, sed in questione fucationis, (cuius vim omitto hic, nihil impugno, veritatem tamen explano:) & non est idem, nec ut exemplar currit. Quia in fucatione non ostenditur

Argumentum
Caietani tradit
pro se unicum,
quo ille virtutur
ad aliud inten-
tum,

objectionem, (ostensum enim supponitur,) sed pulchritudo: Illud non augetur, sed hæc; non quantitativeness, sed qualificatiue; non natura, sed arte; non carne, sed albedine. Ostensio ergo maioris pulchritudinis apud Caetanum, non est extensio. Unde argumentum hoc nec Caetani est, nec curtit, nec vrget in hac quæstione.

Filiucius semper expresse supponit veniale; & mortale, vbi non est consuetudo, quam moneret extirpari.

233 Filiucius tom. 2. tract. 30. c. 10. nu.
 220. qui cū Caetano solet numerari, ait.
Est autem peccatum mortale, vel veniale.... Tertiò, ex qualitate habitus. Si enim esset minus castus, si apparerent in muliere vbera ex toto, peccatum totum, nisi consuetudo loci excusat, esset peccatum mortale. Hic loquitur ex mente Caetani, & Sylvestri, ut patet num. seq. dicens. In sequentibus casibus erit mortale, vel veniale. Tertius, si vbi non est consuetudo, faemina ostendat pectora nuda, vt pulchriores videantur; vbi esset, excusari possunt, quamvis præstaret auferre talem consuetudinem.
Caiet. 2. 2. q. 169. Sylvest. v. Ornatus, q. 7. Et sufficit, quod mentes amborum iam explanatae maneant; semper tamen veniale, supponit; mortale vbi non est consuetudo, quam extirpare moneret. Et ipse ibi numerus priori, satis exprimit se loqui, non attento scandalo. Quia si addatur, iam est aliud casus, quem notat infra. Sic. **Sexto, ex scandalo, vt quia mulier se ornaret, intentione mouendi**

di alios ad sui concupiscentiam; & id esset peccatum mortale: absque tali intentione, ornatus ex se raro inducit peccatum mortale. Caietan. Quod videtur (non mihi) oppositum. Ecce in casu scandali, non excusat ex consuetudine: ergo peccatum nudum excusat, non attento scandalo, ex consuetudine. Quia potest consuetudo aliquando tollere scandalum, non autem, quod ipsum, si detur, non sit peccatum. Ut num. 165. & etiam sentit quod ista consuetudo non tollit scandalum, dum dicit. *Præstaret auferre talem consuetudinem.* Ergo nec tollit peccatum, & hoc mortale; quia absque scandalo supponit veniale, & solum ex consuetudine excusat a mortali. Sed consuetudo non tollens scandalum, non tollit mortale, ut in casu scandali ait. *Et id esset peccatum mortale.* Ergo haec non tollit mortale.

234 Sed video, quod velis apponere, Vide infra nū
contra hoc, verba antecedentia. Scilicet. 240.

Quia mulier ornet se intentione mouendi, &c. Et haec. Absque tali intentione, ornatus ex se raro inducit peccatum mortale. Ergo deficiēte intentione, in huius mente deficit mortale, vel raro accidit. (quam vim habeat ratio haec, vide sup. a nū. 96.) Respondeo, quod petit intentionem illam, ut peccet mulier, quæ ornet se; non mulier quæ nudet se. Quod diuersum est in doctrina

Caietani, quam sequitur, ut nu. 201. Aliud est loqui de ornatu, aliud de nuditate. Et quāuis sub nomine ornatus, reductiū loquatur Filiicius, cum Caietano de nuditate; adhuc hic inuenit magnam distinctionē; idest quod nuditas ex se est prouocatiua, absque intentione. Et etiam Filiuciis, ex qualitate habitus ponit expressè in relatīs verbis peccatum scādalizati, siquidem ex qualitate, & non ex intētione procedit.

235 Sequitur ergo, quod Filiicius petit intentionem vtentis, ut ipse absolute peccet, non attento scandalo; sed non petit illam, ut proximus prouocatus peccet, qui non alterius intentione, sed actione ruit. Et petit etiam intentionem cum ornatu, qui absque illa ex se non scandalizat. Et confirmatur, quia dicitur. ibi. *Ornatus ex se rarō inducit, &c.* Ergo non loquitur de nuditate, nec de peccato rē nudo, sed ornato. Non dubito igitur, quod ipse nobiscum sentiat ex dictis.

236 Sanchez alius ex allegatis cum Caietano. de matrim. tom. 3. lib. 9. disp. 49. n.

Sanchez
**Paruam matem
 riam supponēs,
 vel ab scanda-
 lo abstrahens,
 non esse mor-
 tale affirmat,
 vnde veniale
 supponit.**

25. ait. *Ex dictis deducitur primō, inspicere
 crura, brachia, vel pectora nuda fāminarum,*
*non esse de se mortale, secluso alio periculo,
 quoniam ex his aspectibus non est tanta inho-
 nestas, nec adeò ad malum prouocant.* Atque
*ideo Caietanus, Armilla, Nanarrus, exensant à
 mor-*

*mortalī fæminam, ita indutam, ut pectora nuda
appareant; & hos aspectus non esse mortales, vi-
dentur tenere Nauarrus (cittatus) & Corduba
summ. q. 4. coroll. 7. fol. 26.*

237 Certè bene explicat quos citat, &
breuiter. Atque idē excusant à mortali . ait.
Et cur? Quoniam hi aspectus non adeò ad
malum prouocant. Supponit cum Caietano
prouocare , sed non adeò , idest mortaliter,
& semper . Et sic non absolute mortale
voluit determinare, quod ex parua mate-
ria multoties minùs prouocat , vel alia ex
causa. Et quod hæc sit ipsius mens . Patet,
quia non dubitauit, quod nō solum propter
pectus nudum, sed propter ornatum
superfluum(qui minùs prouocatinus,in
omnium sensu supponitur) cadit sèpè vi-
dens, in turpem appetitum. Ut lib. i. De-
cal.cap.6. n. 17. ait. Ex hac causa (idest ex
egressu de domo cum necessitate , sine illa
verò, oppositum tenet. ibi.nu.16. Mulieres
se ornantes superfluè , non peccant mortaliter,
iuxta communem sententiam , cum tamen luce
meridiana, clariùs eis patea fore, ut ob id à ple-
risque iuuenibus turpiter amentur. Cum au-
tem illi constet, aspectum minùs periculo-
sum dari mortale, non potuit negare hoc
de pectori nudo; sed loquitur de illo, sup-
ponens materiam paruam,cumCaietano;
vel loquitur de illo, ex se. Etiam more Ca-

ietani: id est quantum est ex se, non attento scandalo. Quod clarum reliquit dicens; *Non esse de se mortale, secluso alio periculo, ut sup.* Quod omnes fatentur.

238 AZORIUS par. 2. lib. 12. c. 18. qu. 13.

Azorius
Nihil addit, qui simil quasi oppositus citatur , ait ibi.
sed refert, pec-
caminosam nu-
ditatem pecto-
ris, ex se esse
affirmat, cum
omnibus : &
tollendam, vbi
est consuetudo

*Duae sunt opiniones . Prima afferentium.... Sic Angelus.... Secunda afferentium, non esse mor-
tale. Sic Caietan. Nauarr. Syluest. Rosell. (iam
citati) hoc est probabilius, ut recte probat Ca-
iet. At omnes conueniunt , vbi non est talis co-
suetudo, eam non debere admitti , & esse pecca-
tum, hoc uti vestitu . At vbi talis consuetudo
posset commodè tolli, effet tollenda . Relatiuè
tantum loquitur. Suam tamen inclinatio-
nē insinuat. Et rationabiliter. Quia inter-
rogat, & determinat de re, ut sic . In cuius
membris est maior, vel minor malitia ; &
sic non debet determinari cum maiori , &
mortali malitia . Sufficit se referre ad Ca-
ietanum, Syluest. & Rosella , in quibus la-
tiūs intelligatur. Sed nota , quod Azorius
sequitur hos simil, qui alijs oppositi vide-
bantur, v.g. Diana, qui plures Au^ttores ci-
tat, ut num. 181. Rosella ponit cum Ange-
lo, quasi oppositum Caietano, pro quo no-
tradicit Sylvestrum. Vnde patet , quod non
omnes Doctores æqualem sensum tribuūt
Caietano; quia hic Caietanus, Sylvester, &
Rosella, (qui ex clarioribus defensoribus*

pti-

primæ sententiæ tradūtur, n. 178. & n. seq.
 Sy lœst.) vniuntur ab Azorio, Caietanum
 sequente; qui etiam nuditatem pectoris ex
 se peccaminosam esse clare sentit. Quia
 dicit sup. esse peccatum, vbi non est consue-
 tudo; vbi autem est, esset tollenda. In qui-
 bus ait. Omnes conueniunt.

239 Trullench, qui inter hos numeratur
 à Diana in Decal. tom. 1. lib. 1. c. 6. dub. 5.
 num. 21. ait ibi. Fœminæ verò vtentes ueste
 tenui, ita ut pectora, & mammilla solùm inspi-
 ciantur, excusari possunt à mortali, ut in 6. pre-
 cepto, dub. 12. nu. 21. vide Bonacin. vbi de ma-
 trum. q. 4. punc̄to 9. in secunda editione. Et vbi
 seipsum citat, ait. Nec peccat mortaliter mu-
 lier sic ornata, ut media ubera monstrat, secun-
 dum Caietanum, verb. Ornatus. Si fiat secundū
 morem Patriæ, & absqueulla intentione de-
 prauata. Qui addit. Verūtamen vbi consuetus
 iam est, sine peccato videtur, & in remedium
 ne peiora fiant, fortè introductus; esset tamen
 peccatum mortale, introducere huiusmodi mo-
 rem, quia insolita magis mouent, & extant. Bo-
 nacin. d. punc̄t. 9. n. 23. Quibus locis, primus
 refertur ad secundum, secundus ad Caiet-
 anum, nec ex propria mente aliquid ad-
 dit. Et ideo non oppositum debet intelli-
 gi, sicut soprà Caietanus.

240 Graffius similiter à Diana traditur,
 qui non ibidem, sed in decis. lib. 2. c. 77. n.

Trullench.
 Nihil ex se ad-
 dit, sed refert,
 & affert Caiet-
 anum.

I. ait.

Graffius
 Veniale com-
 muniter con-
 cedit, abque
 scandalo. Sic
 enim est sem-
 per intelligen-
 dus cum cate-
 ris.

1. ait. *Ornatus exterior solet multipliciter esse peccatum mort. vel veniale. (& num. seq.) Quartò, ex qualitate habitus , ut habitus mulierum minus castus , ostendentium media ubera. Et communiter est peccatum veniale . Septimo, ex scandalo , ut quia hac intentione ornetur mulier. Vbi nota . Quod aliud est scandalum intentum, aliud ortum ex qualitate operis. Quod S.Thom. dividit in per se, & per accidens 2.2.q.45.art.1.§. Ad quartū.*

S.Thom. pro scandalo per se , & per accidens, id est cum intentione , & sine illa.

Sic. Dicendum, quod dictum, vel factum alterius potest esse dupliciter alteri causa peccandi. Uno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem, quando aliquis suo malo verbo, vel facto, intendit alium ad peccandum inaucere, vel etiam si ipse hoc non intendat , & ipsum factum est tale, quod de sui ratione habet, quod sit induciturum ad peccandum. (De quo vide nu.97. 98. 111. 115. Ad intelligentiam Doctoris, & gravitatem operis.) hic ergo loquitur Graffius de qualitate operis , cum dicit. Quartò ex qualitate . Ut qualitas ex se ad superbiam reducitur ex vanitate ; & illa utens , seipsum solum laedit. Et communiter (ait) est peccatum veniale. Postea tribuit aliā causam peccati . Cum dicit. Septimò. ex scandalo. Et ponit exemplum . Ut quia hac intentione ornetur mulier. Quod est scandalum per se , quod est mortale apud omnes, & in doctrina Angelica , ex sapientiis dicitis,

Etis, idem est, & ad idem reducitur per accidentis. Quod si Graffius absque scandalo, locum sinit in qualitate; mortali peccato, potius concedit cum illo, data, vel non intentione, quod est per se, vel per accidentis. Communiter ergo peccatum veniale concedit, ex sola vanitate. Et cum prius dicat. *Ornatus exterior solet multipliciter esse peccatum mortale, vel veniale.* Aliquando mortale supponit, quod communiter veniale cognoscit. Quia aliquando mulier vtens, potest superbire mortaliter: quod, addito scandalo, communiter erit mortale, & sic fatentur omnes.

241 Corduba, quem suprà notauit Sanchez in summ. q. 4. coroll. 7. ait ibi. *Lo mismo se sigue, que concurriendo las dichas 4. condiciones se puede absolver la persona, que por hablar, escriuir, &c. à pecado muchas veces, co-delectacion morosa, y dañada voluntad, sin que proponga nunca mas usar de aquella ocasion, &c. lo mesmo se ha de decir de aquella persona, que por ver labar las mozas en el rio, ó por ver los pies, y piernas, pechos, ó cinturas, han pecado muchas veces.* Conditiones autem illas quatuor ad hunc absoluendum, ponit antea. §. Y entones 1. Arrepentimiento 2. proposito 3. Cautela de con la aiuda de Dios no pecar por la tal ocasion, &c. Hic loquitur de vidente, non de muliere nuda;

qua

*Corduba
Peccantem;
quia vedit pe-
ccatum nudum,
absolui posse,
conditione no
peccandi am-
plius tali occa-
sione, tenet. Vn-
de sequitur,
mulierem, tale
occasione præ-
bentem, absol-
uendam esse
mili cond' si-
ne, per opatio-
num. posse:*

quæ nuditas est transiens, non permanens. Et nobis magis vrget, quod visio casualis sit sufficiens occasio ad mortale, sicut hic supponitur, vt habitualis occasio in muliere dicatur mortalis. Et si conditio absoluendi est fugere occasionem vidēdi peccatum nudum; potius erit conditio, non dare mulierem talem occasionem habitualem, qua conditione poterit absolui, & nō aliter, ex hac doctrina; quod per oppositum sequitur, vt est pro sententia Angeli, & aliorum.

242 Bonac. suprà à Trullench citatus. ait ibi. Fæminæ vtentes ueste ità tenui, vt pectora. & mammilla solùm conspiciantur, excusari possunt à mortali, si hoc faciant iuxta consuetudinem Patriæ, & absque prava intentione. Nàm pars illa videtur honesta, & fæminæ videntur habere ius accommodandi se consuetudini iam receptæ, quàm non facile constat trahere ad peccatum. Eſſet tamen peccatum mortale, introducere huiusmodi morem, quia insolita magis mouent, & excitant. Quod nobis non opponitur, quia loquitur de pectore velato, licet tenuiter, de quo non est quæſtio. Atramen ſic non eam à veniali excusat, ſed à mortali. Et ideo, quia non facile conſtat trahere ad peccatum: quod ſi illi conſtarét, non excufaret, nec Ius accommodandi ſe conſuetudini tali, ſupponeret: qui ſub codē

Bonacins
Pectus velatū,
à veniali non
excusat, ſed à
mortali ex co-
ſuetudine, quia
ſic non conſtat
trahere ad pec-
cam, circa
quod timide
pronunciat.

numero ait. Ex alia causa. Excitantes ad libidinem, peccare mortaliter, quia dant causam ruinæ, quamvis illam non intendant. Sed cum hic sit effectus sensibilis, & non merè speculatiuus, accidit quod illi non constet, hic, & nunc, quod aliquo modo constitit immediate, vel mediatè alijs dictis, qui vniuocè cum D.Thomæ doctrina, fatentur nuditatem pectoris, & ornatum muliebrem ex se prouocare ad libidinem. Et ipsi Bonacinae constitit aliud ibi, num. 15. & non à se, vbi contra Sanchez ait. *Ego verò non facilè excusarem à mortali....tum quia valde disponit ad ulteriorem libidinem, vt me docuit aliorum attestatio, dum Panitentiarij munus obirem in Metropol. Ecclesia.* Circa quod adfuit illi attestatio, quæ definiit Sanchez (vbi de alia materia est quæstio) & sic opponuntur. Et quia in præsenti materia defuit illi attestatio, non indicat cum alijs, esse sufficientem prouocationem ad mortale; & adhuc non firmus mansit, quia posse constare, non negat, sed quod facilè constet; & ideo rationem excusationis afferens, non dicit quod est, sed videtur. Quod si honestum firmiter putaret, & ad peccatum non trahere mortale, introductionem non damnaret lethaliter, & consuetudo etiam à veniali excusaret; ex quibus eius doctrina, & mens, pro nobis est.

Ledesma
Vbi adest con-
fuetudo, venia-
le ad minūs
concedit ordi-
nariē.

243 Adducam ex non citatis, alios Au-
tores, quos oppositos aliquis legens iu-
dicabit; quia non fugio, sed inquiero veri-
tatem. Ledesma summ. tract. 31. c. 3. to. 2.

*El atauio delas mugeres, que muestran los pecados, Caietano enseña, que donde ay costumbres no es pecado, pero à mi me pareze, que de ordinario es pecado venial por lo menos. Non con-
cedo quod de Caietano assertum est; quod etiā Trullench supradictus, videtur de illo sentire, vt fusè suo loco manifestum est à n. 216. & hoc dico, si assertum absolutè in-
telligatur; nec iudico hos Doctores in illius sensum laborasse. Ledesma igitur, vbi consuetudo, veniale ad minūs concedit:
ergò aliquoties supponit mortale, quod certum est, dum non sit ad minūs; & nos idem assertimus.*

Layman,
Supponit scan-
dalum, & ve-
niale, vbi con-
fuetudo est, cū
communi, assē-
sum ipse verò
non excusat.

244 Layman tom. 1. lib. 2. tract. 3. c. 13.
§. Est circumstantia scandali. Cultus enim
muliebris viros ad lasciviam prouocat, ait S.
Thom. (& prosequitur) Tertiò v. g. vt pe-
ctora nuda, vel non nisi tenuiter tecta aspiciantur.
Licet enim Doctores communiter Caietan.
Nauarr. Azor. Lessius, & alij, citatis locis, fæ-
minas ita incidentes in locis vbi talis consuetu-
do viget, à peccato mortali excusent. Tamen
de nouo introducere talem non laudabilem con-
suetudinem, graue peccatum est, ait Lessius. Ec-
ce non sentit, quod Caietanus à veniali
excus-

excusat, sed à mortali. Alter sentit Ledesma, & insinuat Trullench, & contra citat Azor. sequens Caetanum; ut non mireris quod ex varietate testium non resulset indubitabilis attestatio, quam ideo nō fuit superfluum dubitare, & indagare. Sed dñ Laymar supponit scandalum, vbi consuetudinem, & cum communi sensu veniale: nec materiam distinguit magnā, vel paruam; supponitur quod ex parua materia excusat, quia concessio scandało, nō potest ex consuetudine, sed ex parua materia excusare à mortali; quod si ex proprio capite loqueretur, clarius concluderet; & sic nobiscum tenet.

245. Castropalao. de temperantia, disp. 3. punct. 8. in fin. ait. Ratione scandali tripli- ci tantum euentu mortale esse potest... Tertiò, si consuetudinem introducas ad Venerem excitatiuam, vti esset nuda pectora deferre, vel tenuiter testa. Quia esto DD. communiter Ca- ietan. Nanarr. Lessius, & Layman excusent fæminam, nuda pectora deferentem ilitis in locis, vbi ea viget consuetudo; at excusare ne- queunt eam consuetudinem introducentem. Tum quia introducit rem in se periculosam, & consequenter graviter bono publico, & proximorum spirituali saluti præiudicantem. De quo dicendum, quod de præcedenti Do- & ore. Et amplius nota communiter, quod

Varietas DD.
intelligentium,
& sequentium
Caetanum.

Castropal. ni-
hil à se affec-
mat, nisi dam-
nare introdu-
cionem, nihil
excusat.

Omnis qui excusant à mortali, propter consuetudinem, damnat introductionem: ergo abstrahunt ab scandalio.

omnes DD. qui introductionem talis rei damnant lethaliter, quando excusant ex consuetudine, debent intelligi abstrahentes ab scandalo; nam ideo antea damnat, quia ex se scandalum tribuit, & consuetudine supponunt aliquam vim prouocationis extingui, ut mortifera non maneat; si autem constat, quod scandalum permanet, iam quia materia non parua sit; iam quia in tali Regione natura non fert illud leuiter; vel aliter: à fortiori intelligi debet, quod ipsi DD. idem dicent de consuetudine, (sic nominata) quod de introductione; & tot numerari debent damnates, supposito ablato; quot in tali supposito excusantes à mortali consuetudinem de qua loquimur, si scandalum appareat. Et sicut omnes, nemine dempto, damnant consuetudinis introductionem; ita sunt omnes, qui damnant consuetudinem, scandalo permanente.

Tamburinus
nō aliud à Lessio est hic,

246 Tamburinus in Decal. par. 1. lib. 7. c. 8. §. 8. n. 7. ait. *Scio Albertum Alberti fusè de ornatu mulieris disputare, sed me iuuat Lessium sequi benignorem. Potest (ait Lessius) in excessu istius ornatus, esse peccatum mortiferum... Tertio, ratione scandali. Ut si.... pudenda non satis tegerentur. Secundus est in nudando pectore, ut Caietanus, &c. (vt suprà n. 227. ubi satis pro nobis est.) Notandum tamen non*

non ex eo censeri ornatum scandalosum, quod multi, occasione illius putentur ad prava desideria provocandi, ut recte prædicti DD. tradunt. Alioquin etiam pulchritudo naturalis scandalosa esset, nam multò magis provocat quam artificiosa, cum natura longè superet artem. Itaque, etiam si fœmina putet aliquos peccatores, non tamen idcirco, sub peccato mortali tenetur talcm ornatum dimittere. Sicut is, qui à multis odio habetur, non tenetur à publico abstinere, ut inimicis non detur occasio odij. Ratio est, quia ornatus iste solùm remotè ad malum provocat; ergò non tenetur ab eo abstinere, ne alij peccet, alioquin perpetuò abstinere deberet, (cum illa occasio sit perpetua, & uniuersalis) quod nimis graue esset humanae conditioni. Sufficit igitur, ut ei peccatum proximi displiceat, & illius salutem non contemnat. Et confirmatur. Quia quod illi peccant, ex eorum prouenit malitia, non ex conditione ornatus; sicut enim circa hanc peccant, ita etiam circa alias eximiæ pulchritudinis: atque id, quod ex aliorum malitia prouenit, non tenetur cum tanto grauamine nostro impedire. Hac Lessius. Et hæc Tamurrinus, nihil suprà Lessium addens.

247 Nihil omitto, quod opponi possit, ut legalius agam; & vltrà dictum de Lessio suprà, idem hinc sequitur, quod de Laymano, & Castro. Et melius, quia Lessius in hac questione materiam non distinguit

grauem, vel leuem. Introductionem damnat grauiter, & introductam ex collaturā, tanquam illicitum libidinis abrogandam, cum Doctoribus monet: ex quo sequitur hoc ultimum, quod notandum tradit, non posse etiam de nuditate pectoris intelligi, ex eius mente. Sed ibi prouidit, ne ornatū quemlibet (de quibus fusiūs antē tractat) scandalosum censeatur, vel illicitum, sicut nuditatem pectoris asserit esse, eo præcisè quod prouocet, vel putetur prouocare ad libidinem. Et ratio est, quia quilibet ornatū ex se, indifferens iudicatur in prædictis ab eo in eadem quæstione: quo supposito, conuincit rationibus dictis; non obligare sub mortali eius abstinentiam, ob præuisum, non intentum peccatum aliorum, quia, ut concludit. *Ex eorum prouenit malitia, non ex conditione ornatus, quod non tenemur tanto grauamine nostro impedire.*

248 Hinc patet, eum non loqui de nuditate, quam illicitam asserit. Primo, quia iam ex conditione ornatus proueniret peccatum aliorum. Secundo, quia non potuit iudicare, grauamen esse abstinentiam ab illico, ob proximorum ruinam apprehensam, & ad hoc nos non teneri (præfertim cum in Republica non omnes iudicari possunt, ex malitiæ promptitudine labi, sed aliquos pusillos, quos acerrime

cha,

charitas, & Euangelium, sub mortali defendit.)

249 Aliás etiam nihil probaret, dum dicit. *Alioquin etiam pulchritudo naturalis, scandalosa esset.* Et dicens. *Sicut qui à multis odio habetur, non tenetur à publico abstinere.* Nām ista non abstinentia, & illa pulchritudo non sunt ex se malæ, sed indifferentes, ex quibus, comparatio ad indifferens tenet; ad malum ex se, non tenet, sed omnē ornatum licitum, & indifferens, quantum est ex se, concedit; nuditatem verō pectoris, illicitam ex se esse, omnibus constat, & etiam consuetam, illicitam ipse profert: ergo ex ipsis argumentis patet, non de nuditate, sed de ornatu ipsum loqui, in hoc notabili. Nec doctrina Cajetani quem Less. hic expressè sequitur, hoc suffert. In qua, ut vidimus, nec nuditas est ornatus, nec de ornatu, ad nuditatem tenet argumentum. Ex quibus, nihil aliud absque iniuria potest asteri de tam formalī Doctorate, cum eius doctrina plane conformis sic, & non aliter, adest intellecta; & nobis prona.

250 Sed dices; ad quid igitur Tamburinus nolens cū Alberto de Albertis sentire, tradit Lessium ad literam, quæ ita prona iudicatur sententiæ quam sequitur ipse Albertus. Fortè dicetur, quod non intellectus

xit Lessium Tamburinus ? Respondeo,
quod non tradit Lessium ut oppositum,
sed ut dixit . Me innat Lessium sequi beni-
gnorem . Et est sic . Ut in relatis de Alber-
to , nu . 181 . videtur . Et cum ex proprio ca-
pite nihil addat Tamburinus , sequens
Lessium , non opponitur huius sententiae .

Busembau re-
fert .

251 Busembau . Medul . lib . 2 . tract . 3 . c . 2 .
n . 9 . aiens . Azor . Lessius , Bonacina excusant à
mortali eas quæ , ex consuetudine loci , media
vbera detegunt Addunt tamen , fore mortale
peccatum huiusmodi morem introducere . Na-
uarrus , Lessius , Layman . Vide Bonac . Non est
hic alias Doctor , sed relator ; & sic de ip-
so dicendum est , quod de alijs relatis .

Herinck , re-
fert .

252 Guilielm . Herinck . to . & par . 3 . trac .
de virtutibus , disp . 2 . q . 6 . n . 113 . ait . Locum
habet scandalum , si ... pudenda non satis tegantur . Secùs est , iuxta Caietan . Fum . Nauarr . &
Lessium , in nudando pectore , prasertim ubi ea
est consuetudo , eo quod pars illa honesta censeatur , nec natura , aut pudor humanus absolute po-
stulet eam tegi . Addit tamen ibi Lessius , & Ca-
stropalao , graue peccatum esse huiusmodi mo-
rem introducere , veluti de re periculosa , &
nocente bono publico , ac saluti proximi , & quia
insolita magis mouent . Imò etiam ubi consue-
tudo recepta est , meritò ob periculum , tanquam
illicitum libidinis esset adroganda , ut DD . mo-
uent inquit Lessius . Meritò etiam contra into-

Bono publico
necet .

lerabilem luxum in rhabdis, & vestibus condensantur leges politicae; & quidem extant, circa modestiam in vestitu, varia Principum Belgij edicta, ut videre est in Codice Belgico. 5. &c. Idem quod in Lessio inuenio, & sic idem intelligo.

253 De Episcopo Caramuele (si eius Epistolam tactam n. 157. & 165. attigisti) quem oppositum iudicabis, seu de eius sensu quid dicendum sit, intelligo te desiderare. Et melius est, ut dicat ipse Doctor in principio 3. §. *Habitum scandalosum damnari à Theologis, & à Superioribus inhiberi debere, ut indubitatum suppono.... Iudicium enim quod in hac materia, inconsulta experientia fundatur, non est prudens. Audi Sfortiam Pallavic. apud Albertum de Albert. lib. de mulier. ornatu, disp. 2. c. 263. nu. 40. pag. 291. assertorem, id posse, & debere constare ex iudicio prudentum, & ex experientia, quam habent homines, & praesertim Confessarij; nec enim aliud videtur oriri potuisse, ut Scriptores illam detestentur. (hec Cardinalis. Et prosequitur Episcopus.) Ergo ubi ex experientia constiterit, aliquem muliebrem habitum praebere scandalum; (sit iuxta morem Patriae, vel non,) incriminari, & tolli debet. Quidquid amplius speculetur quiuis de hoc opusculo, contra dictum, incertum est, in eadem sententia; quia hoc ab ipso Doctore, ut indu-*

Caram. in sua priuata Epistola exhibetur, quia ab aliquibus dicitur, oppositum sentire.

bitatum profertur , Coadiuūte Cardina-
li, qui scandalum supponit de facto, cum
Scriptoribus detestantibus . Quo supposi-
to, quid aliter dicat, supponitur loqui vbi,
vel quando non detur scandalum , vel at-
testatio Confessoriorum in contra.

254 Et ut magis clareat eius sensus cir-
ca dictum ex ipso nu. 157. & 165. etiam §.
Sanè si habitus (ait immediate) *scandalosus*
est , & ad peccandum inducens , nulla potest
consuetudine cohonestari . Quod ibi probat
cum Viguero ex Apost. Petro, & Paulo. Et
§. *Vbi agitur* (prosequens ait) *de nuditate*
corporis, non à magnitudine partis detecta, sed
à magnitudine dati scandali , debet peccati ma-
gnitudo desumti. Et §. Et Lessium (dicit) *Suf-*
ficit, ut vel unum vnicum in ruinam inducat,
ut peccatum mortale committatur . Et §. Nec
considerandum erit (prosequitur) qua in-
tentione pectus denudant fœmina: quod enim
ex se præbet scandalum, non potest bona inten-
tione fieri. Ergo si nec consuetudo, nec par-
citas, nec intentio excusant à mortali, stâ-
te scando , cuius existentia solùm expe-
rientia consequitur; potius caro proximi
audienda est , & credenda , quam intelle-
ctus subtilis ipsius Episcopi, ex eiusdem
mente, licet contrarium alibi diceret. Et iā
si unus vnicus confiteatur infirmitatis
scandalum, sufficit attestatio Confessoris,

ut mortis consuetudo damnetur. Ut damnauit Deipara, teste B. Birgitta: quam revelationem tradit in principio ipse Doctor: (& bipartitam inuenies supra n. 47. & 49.) ubi ipsa Domina nostra ait. *Diabolus dictauit mulieribus contemnentibus mores Patriæ suæ antiquos, & laudabiles, quandā nouam abusionem, &c.* Vnde ipse Episcopus ibi. §. Nec indè inferas. Fatetur se videre cū tedio nuditatem partium superiorum, pectoris, ex more Patriæ; & reassumere vestes, quas nostræ Auię gestabant antiquas, & laudabiles, in fauorem honestatis, vide-re desiderat. Quia in doctrina S. Thomæ facillimè infert ad minus peccatum veniale. Ut ex ipso notatum est, n. 167.

*Resolutio dubij, de quo
num. 195.*

255 **E**rgo non est opinio contraria. Consequentia hæc demonstratiuè probata est in exhibitione Doctorum. A cuius demonstratione, orta ratione probatur primò. Caietanus non est contrarius, sed omnes existimati usque modo, quasi oppositi, citatique communiter, & plures non citati, qui transcripti monent legaliter, sequuntur Caietanum omnima-

Ex dictis se:
quitur non da-
ri opinionem
contrariam.

dè . Ergò . Maior fusè est examinata suo
loco : minor patet ex illorum dictis , ex
quibus constat, quod non alia ratione , vt
oppositi suspicari potuerunt, nisi quia se-
quuntur Caietanum, & taliter parcè, quod
cum sint DD. graues, noluerunt suprà iē
assertum imponere, vel rationes augere,
sēcū oppositas contradicere , aut propone-
re, vt ipsorum mens in resolutione appa-
raret; sed breuiter, sine quæstione, & relati-
vè tantum, quasi omnes transferunt; quod
si de ornatu aliquis paulisper amplius
examinauit, de formalī nuditate nemo
voluit dubium facere, imò hæc tacito stu-
dio , singuli duo prouiderunt. Primum:
quod per ipsos opinio non extenderetur,
radicaretur, vel graduaretur : Secundum:
quod Scriptores huius sententiae, illos ad
se trahere possent, vel saltēm oppositos es-
se negarent; aliquos, quia de parua mate-
ria loquntur, vel locum præbent, vt sic
supponatur: alios, quia suum votum ta-
cuerunt: & omnes, quia ab scandalo ab-
strahant, quo dato , iam aliter tenent ; &
quia excusant ex consuetudine, quam illi-
cò damnant; & quos ego auxi, nō pro ma-
iori oppositione tradi, nisi quia protule-
runt verba Caietani, qui etiam de forma-
li ex collatura paucū vbiique loquitur . Ex
quo sequitur, quod ex his Doctoribus, plu-
res,

res, qui noluerunt suam mentem aperire, nec sectatores Caietani sunt, nec alterius; ceteri verò pauci, qui suauem stylum Caietani amplexati sūt, cum nihil addant, vel ex se determininent supra illam, vnum numero extensum Caietanū efficiunt. Quod caute, & mature sibi prouiderunt in materia periculosa, in quo abundantanter clarescit minor. Et consequentia sequitur.

256 Ad quod facit, quod dixit cum alijs Doctoribus Villalobos par. 1. tract. 1. dif. 4. n. 3. No se dice comun opinion para preindicar ala contraria, la que tienen muchos Doctores, que la siguen de paso, como dice Alciato de presump. regul. 1. præsumptio § 1. nn. 2. ni aun la que siguen muchos como ouejas vnos tras otras, segun Decio, al qual sigue Nauarro cap. 17. n. 18. Y assi tendria por mas comun opinion la que siguen seis, o siete Autores clasicos, que la tratasen ex professo, que otra, que aprobassen cinquenta Doctores gniados por autoridad no mas, como dice Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 44. siguiendo Nauarro, y Alejandro.

257 Audiendus est etiam Anton. Cella-Dei, n. 20. dictus. Ut apud ambos, plures Doctores congeram. De recta doctrina morum, par. 1. lib. 1. q. 9. §. 1. circa finem. Longè itaque (ait) accordatorum omnium sensu, ac mente abest modus ille philosophandi; hac opinio in libro est: Autores habet vnum, vel

Quid de opinione, que passim, vel relate-
vè à Doctoribus fertur?

vel duos, vel etiam plures: ergò probabilitis est, probabilitate conscientiae, ac tuta, & sana.

Quin præterea satis luculenter hoc contestatum reliquerunt Auctores quinque, qui usum probabilitatum, licitum esse tradiderunt. Vasquez 1.2. disp. 62. c. 4. n. 13. negare videtur, turbam etiam Doctorum aliquando sufficere ad probabile apud Ioann. Sanchez disp. 29. nu. 7. Azorius, & alij, ipso etiam Joanne Sanchez probante, testantur aliquam turbam Doctorum sequi sententiam aliquam, sine delectu rationis. Thomas Sanchez lib. 1. in Decal. c. 9. & lib. 4. de matrim. disp. 44. Granadus 1.2. controu. 2. tr. 12. disp. 12. Isquierdo in Phan. disp. 6. qu. 2. & 3. & sic fermè omnes (quos supponunt dari) qui instar ouium, & auium sequuntur aliorum vestigia. Vasquez disp. 62. c. 2. n. 5. ait. Non debere censeri opinionem magis communem, quando eam turmatim, & sine delectu sequuntur. Supponit ergò dari hos turmatim, & sine delectu sequentes. Et quia in præsenti, opinionem distinctam non inuenio, sed quedam benignum (vt ita loquar) modum proximis applicandi communem sententiam, (relinquens alijs, qui opinionem talem iudicarent esse, quod utile sibi sit assumendum) ex allegatis consequor solum, quod prædicti Auctores noluerunt augere numerum opinatiuum, nec delectionem habuisse in sententia explicanda; ut proximos

mos excusarent, illa ab alio inuenta suauitate. Quod generaliter, ex à se prædictis, ipse Cella-Dei ibi.par.1.lib.2.q.5.§.4.in fine consequutus ait. Negari non posse aliquando ratò turbam Doctorum sine delectu rationum sequi aliquid.

258 Probatur secundò consequentia illa prima. Omnes DD. vno ore affirmant introductionem ex collaturè esse lethalem, propter scandalum; hoc est propter occasionem ruinæ, vt nu. 22. & 111. & 5. Ergò semper quod scandalum præbeat, idem sentiunt; quia cum scandalo actiuo (scilicet dicto, vel facto minus recto, vt nn. 22.) nihil fit. Ergò illi qui ex consuetudine excusant à mortali, & illi qui non, idem sentiunt, licet diuersa proferant. Probo. Quia primi putant scandalum minui; secundi indicant augeri. Cuius suppositi varatio est materialis, non formalis; facti, non iuris; cuius veritas debet reduci ad oculum, vel aurem, non ad intellectum; seu ad esse etus communes proximorum, non ad priuatos opinantium. Et ideo ex S. Antonino n. 156. Sylvestro n. 179. Pallavicino, Caramuele num. 253. (adde Caietan. vbi n. seq.) dictum est, in hoc non posse dari regulā vniuersalem, sed relinquendum est iudicio Confessorum: ergò accidit quod hi, vel illi proferant de facto, quod in tali

Iterum probatur consequentia illata, num.
255.

Vide nu. 148:
quid est minus
rectum.

Re-

Regione, vel de talibus individuis, seu in
seipsis experierunt, vel audierunt; quia si
similiter essent, & audirent, idem similiter pro-
ferrent, à fortiori, (ut Zafranis de Lessio
dixit, quod aliter scripsisset in Hispania.
sup.nu.183.) scilicet, quod manente scan-
dalo, eodem vel aucto, lethalis est intro-
ductio, & consuetudo; minorata vel leui
occasione, leuis consuetudo. Ut n. 173. Er-
gò quamvis diuersa assertant circa cōsue-
tudinem, formaliter in sensu, & doctrina
conueniunt, & debent; quia radix princi-
piorum in quibus vniuocantur, est Euangeliū;
& quibus deficit experientia, sup-
plet intentio; taliter quod data opposita
experientia, iuxta horum mentem, & con-
tra eorundem assertum, infertur legitima
consequentia, & communis omnibus; quā
habes apud Fumum, (qui Caietanum se-
quitur) & Caramuelem nuper, suis locis
dictis. Sic. Ergò ubi experientia confliterit,
aliquem muliebrem habitum præbere scādalu, (sit iuxta morem Patriæ, vel non) incrimina-
ri, & tolli debet. Et licet non sit communis
omnibus experientia una conscientiarum,
sufficit aliquibus esse, ut talis consuetudo
deponatur ab omnibus, vt S. Cyprian. 8.d.
Consuetudo. (ait) Consuetudo, quæ apud quosdā
obrepserat, impedire non debet, quominus veri-
tas prænaleat, & vincat.

259 Efficacius probatur in Hispania, (& extenditur hæc probatio ad totum in hoc opere assertum.) vbi per omnes Civitates, & Vicos Missionarij Apostolici, quos usque modo audiuimus, omnes vniuocè, lingua, & pluma, & eorū comites, pro viribus affirmarunt, hoc esse vitium lethale, quia scandalosum: & similiter de omnibus assertis supra, circa quæstiones tacitas, firmiter prædicarunt, ex quibus alia afferata non indigent testibus, quia publici, & communes effectus excessus, superfluitatis, prætiositatis, & nouitatis, quibus Ciuium vnuus alterū inuitat ad vanitatem, & superbiam, peccata externa, & sensibilia dupliciter sunt, cum occasione communis ruinæ, etiam expertæ in sumptibus, & Venereis; vt à num. 78. visum manet: & quia experientia communis, & notoria, peior: Attamen fuerunt illi publici testes, & correctores. Nec etiam nouum quid dicentes, sed Sanctos, Patres, Concilia, Episcopalia Edicta, Reuelationes, Doctoresque modernos sequentes; cum alijs priuatis Magistris, Zelatoribus, & Confessoribus confirmantibus. Audi modo. Hæc non est quæstio speculatiua, vt ex se patet; sed attestatio de facto. Vbi est ergo Scriptor afferens, his omnibus credi non debere? Aliquem nè inuenisti? minime. Inuenisti fal-

Probatur consequentia (præpuè in Hispania, omnia afferata huius operis includēdo) practicè ex testibus, quibus probari debet, an maneat scandalum?

saltem, qui supposito scandalo orto, tales
 mores excuset à mortali? minùs . Inueni-
 sti denique, qui testificans affirmet, ex tali-
 bus moribus scandalum in Hispania non
 oriri? Nec hoc. Quid ergò inuenisti? Ali-
 quos excusantes ex consuetudine. Et cur?
 Dicit nè illorum aliquis, quod data con-
 suetudine non potest dari occasio pecca-
 ti? nemo . Sed quia sic iudicant de facto
 contingere (id est cessare in ornatu per cō-
 suetudinem, scandalum,) possibiliterem
 oppositi non negantes, nec aliquid de Hi-
 spania specificantes. Hoc ad summum in-
 uenisti . Ego autem inueni omnes dictos,
 qui in toto Mundo , & ex eis multos , qui
 specialiter in Hispania, magnum scandalū
 ortum testificantur . (de primò inuenies
 hoc opus plenum; de secundò à n. 78. & à
 n. 183. usque ad 194.) inueni etiam S. An-
 toninum, Syluestrum, Pallavicin. Caram.
 vt nu. 258. Angelum ver. Ornatus. in fine
 quæstionis. Rosella. verb. eodem, §. 7. qui
 pondus huius materiæ, ad munus Confes-
 siorum, & discretionem, distinguendum
 spectare tenent . In primò etiam inueni,
 quod nulla est oppositio inter Auctores;
 quia excusantes, sic speculatiuè indicant,
 oppositum enim nondum experti sunt:
 vel forte, quia idipsum experti sunt in se-
 ipsis, vel in alijs, quod affirmant . Damna-
 tes

tes verò, non tantum speculatiuè, non verbis timidis pronunciant, sed tali vi, & calore, quod non est dubium, experientijs onustos, id protulisse; præcipue Missionarios, quibus cum fere omnis populus, ubi adsunt, confitetur. Quare ergo tot magnis testibus fide dignis, ruinam pusillo, um declarantibus, fides negari potest; cum ex dictis Doctoribus, sine cōtradicēte, ad tales spectat talis dispositio, & determinatio, omni speculatione seposita? Qua, igitur opinione confusis, in contra consuere poteris? erit nè, quam vocabas Caetani? Audi, vt intelligas non esse ipsum, nu. 111. qui loquens de scandalo per accidens, hoc est, non ex intentione, ex actu non verè malo, sed speciem mali, sēcū apparentiam habente, ait. Si enim ex actu meo, habente mali speciem, audio à fide dignis, ignorātes, aut infirmos scandalizari, (hoc est disponi ad ruinam peccati mortalis,) abstinere debeo, donec informentur, & clarificantur de lōnitate, & qualitate operis; ita quod peccarem mortaliter, non curando de proximorum ruina. Vbi latius hoc dicit de actu non malo; de vere autem malo, vt ille de quo ait n. 201. esse secundū se prouocatiū ad lasciuiam, id est de exollatura, vel simili, quid diceret?

260 Adde, quod hæc ratio abundat fun-
da-

damentis, & excedit id, quod sufficit; quia omnes Sancti, & Doctores antiqui, & moderni, simili concedunt, ex collaturam ex se esse malam, quia prouocationem; & de alio quolibet cultu, vel ornatu, non seruata modestia, ut in conclusionibus praecedentibus, eandem prouocationem ad lasciviam concedunt, cum D.Thom. n.67. & 75. & ad alia mala prouocare, ex pluribus capitibus concedunt, quae reducunt communiter ad septem, cum Caietano. Ex quo deducitur, non indigere precedente ratione tot testibus, de actuali scandalo, vel ruina pusillorum: quia licet talis ruina, de facto non accideret forte, hoc non tollit, quod illud sit peccaminosum ex se, & consequenter vitandum. Ex doctrina S.Thomæ, cum

Quamuis scandalum nō probaretur testibus, non excusat profanetas, ex occasione data, quæ sufficit ad scandalum, quod obstrahit à ruita secutura.

S.Chrystost. ut notatum manet num. 75. & 104. & 145. in qua doctrina datur scandalum actuum per accidens, hoc est sine intentione, absq; peccato alterius non cōsentientis, pro quo vide etiam D.Thom. & Caietan. n.111. & n.240. & per oppositum licet cultus regens non concederetur malus ex se, sed cum specie, vel quod idem est, apparentia mali: cum autem constet ex fide dignis scandalum pusillorum; peccaminosum est, & dimittendum, in eadem doctrina. Vide eosdem numeros, & preci-
pue 111. vbi Caietanus ait. Non est ad qua-
li-

*litatem actus in se spectandum, quia sola appa-
rentia mali in illo ponitur, sed ad periculum
ruinæ alienæ. (Vide ibi S. Thom.) ubi non
solum ruinæ actualis attestationem non
petit, sed ruinæ periculum fugit.*

261 Infer modò , si cultus detegens, adhuc consuetus, est malus ex se, quia omnes DD. simul extinguendum esse consulunt; & cultus tegens , dictis circumstan- tijs, etiam consuetus, est malus lethaliter, quia licet non ab omnibus sic concedatur indistinctè , specificatiuè in Hispania , ab omnibus, de illa loquentibus conceditur; nam oculus cingit , & determinat ad hoc discursum; & hoc supposito, non est præci- sa attestatio à fide dignis, de actuali ruina pusillorum , quia sufficit præbere scanda- lum, & accidit, quod accipiatur; vel quia si accipitur, nescitur; quod congruenter debet credi, & timeri ; & alias à nullo di- cendum est, vel potest dici, quod abstinentia ab scandalo non obligat, nisi præcedat peccatum alterius , & sciatur , quia iam præcederet proprium ; ex quo plura ab- surda sequentur ; & sic per prouidentiā, ex charitate tenetur à malo actu quis ab- stinere. Ut Tapijan. cum D.Thom. & pluri- bus DD. tenet, tom. 2. lib. 3. num. 1. additis adhuc suprà hoc, tot testibus, de ruina sibi cognita, & causa sui muneric experta, pu-

fillorum;qua via,qua opinione potest Cōfessor consulere abstinentiam non tenere; cum data additione testium , sufficit hæc, ut abstinentia teneat,quamuis actus non esset malus, quia ut dictum est,n.22. Cum scandalο nihil est faciendum. Ergò specialiter in Hispania non datur opinio contra aliquod assertum huius operis ; pœnitenti, vel Confessori fauens.

262 Probatur denuò . Quamuis actus quilibet de quibus abstinentiam quaerimus , esset bonus omnimodè aliquibus Reipublicæ, facilè probaretur abstinentiā ab illo tenere , cum bono communi hoc inesset, sed hoc non est ad rem, quia non supponitur talis bonitas , & sic facilitius probatur intentum, sic . De facto quilibet actus ex dictis est oppositus bono communi , & publico Reipublicæ in tota Hispania; & abstinentia illius esset è contra bonissima,& utilissima: ergò quidquid sit de bonitate, vel malitia illius, huic, vel illi particuliari , tenet ab illo abstinentia ; sed sic est , quod de facto etiam cuilibet Ciui est actus malus, vel ad summum, in aliqua doctrina non omnes , sed aliquis illorum actus non bonus : ergò fortius tenet abstinentia . Hanc causam boni communis præbet Herinck,cum Lessio, & Castropala,nu.252. Et mea Seraphica Religio,nu.

Quantum no-
ceat in Hispa-
nia,ornatus te-
poraliter , &
spiritualiter.
Videbis nu.78.
82.120.259.

166. ad intentum excollaturæ, fuci, & capillaturæ alienæ, ut diceret. In istis casibus nemo absoluere, sub pœna prædicta audeat: nec per hoc affirmatiuè, & firmiter tenemus hoc semper esse peccatum mortale, sed quod hoc expedit toti Christianæ Religioni, & nostræ Familiae.

263 Ultima probatio est magni pondoris. Pro qua suppono omnes Doctores conuenire in hoc, quod excollatura sit peccatum veniale: (dico conuenire, ad minus, quia mitiores concedunt; vnde saltē in hoc, quod sit peccatum, adest communis concordia.) de Caietano enim, quod dixit Ledesma, iam visum est, n. 216. quomodo debeat intelligi; nec aliter intelligi potest, cum non possit cum suis dictis cōponi, excollaturam consuetam positiuè bonam, quam citò extirpare desiderat, nū. 203. ergo positiuè malam, quia in sua doctrina non est medium; nisi dicas, secutum fuisse Scotum, contra D. Thom. num. 167. quod ipse noluit. Ideo Duballius apud Dianam, nu. 181. & Graffius nu. 240. aliter intelligentes, veniale in sua doctrina, innuenire concesserunt. De Caietani autem sequacibus, nullus, ex consuetudine, excusare amplius, quam à mortali, ablato scandalo, intendit; vt suis locis videtur: & ideo extirpandam esse, singuli, cum ceteris monent.

Communis doctrina cōcedit aliquod peccatum in excollatura.

264 Etiam suppono eandem communē concordiam, circa alium cultum pretiosum, ut superfluum, vel ut nouum, vel ut excessiuum. Quia licet aliqui existiment, negare aliquos Auctores esse mortale, quia inadequatē eorundem doctrina assumitur: (quilibet nempē, quod ex uno capite negat, ex alio afferit, & quod secundū se excusat; ex vanagloria, vel iactantia, vel superbia, vel scandalo concedit. Quod expressum habes de Caietano, n. 113. & seqq. ex quibus defectibus, cultus, quia finis actus mali, malus debet esse, cuius intentio vel adest, vel supponitur à fortiori, & tacita reducitur ad expressam, seu implicita ad explicitā: quod potes videre clarū, n. 97. & seq.) nihilominus, quomodo cumque intelligantur, omnes peccatum supponunt in his speciebus, & inquirunt (omnes etiam breuiter:) an sit mortale, vel veniale? (de scandalo autem in Hispania; omnes qui tangunt affirmant) sufficit verò mihi modò, quod omnis ornatus detegens, vel tegens, cum aliqua ex dictis circumstantijs, supponatur ab omnibus peccatum veniale.

Difficile creditur, multos nō labi mortaliter in abuso, qui ex se veniale est.

265 Inquiero modò, est ne facile, quod omnes, talibus vestibus utentes in Ciuitate, ità cordaces sint, quod ex præcisa causa ipsius abusus, æquè, & vñanimiter, ad

MOR-

mortale non transeat? omitto rapinas, furtos, luxurias, adulteria, & alia passim experta particularia, sed intra lineam transcendentalis superbiæ, iactâtiæ, & mutationis, vel vanagloriæ, in quibus adest imbibitum scandalum occasionatum; hoc magnum inconueniens est, quia, & si plurimos ex malitia suspicatur cadere, dum tamen ex fragilitate unus saltem detur, adest Iudex, dicens. *Qui autem scandalizaverit unum, &c.*

266 Suppono consequenter, quod multi sine dubio peccent mortaliter, peius ab utentes, communiter verò audientes, ex opinione existimata, in his ordinariè committi tantum veniale. Est nè facile, quod ipsi distinguant, an veniale, an mortale se commisile, vt pœniteant? hæc enim distinctione illa, de qua S. August. tom. 5. de Ciuit. Dei, lib. 21. c. 27. in fin. de distinctione peccatorum loquens, ait. *Ego certè, usque ad hoc tempus, cum inde satagerem, ad eorū indagationem peruenire non potui.* Ecce rationem ipsius, tom. 8. in Psalm. 129. circa med. Audi sermonem Euangeli: qui dixerit fratri suo, fatue. *Ab istis peccatis linguae, quis abstinet?* sed forte dicis. Parua sunt. Reus erit, inquit, gehennæ ignis. *Si parum tibi videtur, aut modicum, fratri dicere, fatue, vel gehenna ignis videatur tibi magna.* Vnde tom. 3. En-

Ardua est distinctione inter veniale, & mortale.

chyrid.c.78. hoc fatetur. Quæ sint leuia, & quæ grauia peccata, non humano, sed Diuino sunt pensanda iudicio. Et certè à quolibet Doctore, difficilius erit hoc determinare præticè, quam speculatiuè, si fortè sua intersit. Et quid erit Laico minùs timorato? quid mulieri? quod illud taliter paruipendant, quod raro in confessionibus aliquid de hac præsenti materia audiatur. Quod est magnum inconueniens. Sed dices. Hæc difficultas non est peculiaris de hac materia. Concedo. Sed inconueniens ortum, est peculiare in magnitudine, propter innumera peccata ineuitabilia, & certa, quæ quotidiè committuntur; ideo, licet in cæteris casibus, in quibus accidit veniale, vitandum est; fortius in hoc, propter certitudinem, & magnitudinem numericam.

267 Est modo suprà hæc inconuenientia, hoc argumentum. Ad quod suppono esse communem doctrinam, licet diuersimodè explicatam, quod veniale transeat ad mortale, diuersis ex causis. Quod affirmat Mastrius in Theolog. moral. disp. 15. q. 3. ar. 3. nū. 52. Sic. Secundò conueniunt Doctores, peccatum quoque veniale ex suo genere, posse ex accidenti fieri mortale varijs modis; qui tamen omnes hac uniuersali regulâ comprehenduntur, scilicet, tunc fieri mortale, quando superuenit aliqua circumstantia transferens

*Qualiter ve-
niale transeat
ad mortale?*

ad speciem peccati mortalis. Ad quod in sequentibus numeris citat D. Thom. Scotū, Caietan. Suarez, Vasquez, Beccan. Lezanā, Caspens. Bonac. & alios. Idipsum inuenies apud Tapiam, lib. 3. q. 17. art. 9. & 10. Sic Sanchez tom. 1. Decal. c. 1. nu. 3. & c. 5. n. 2. & 3. cum Azor. & sic P. Moya. tract. 6. disp. 2. q. 1. nu. 4. & 9. cum Salas, Granado, Corrado, Soto, & alijs. Etiam Rosell. deponend. conscient. c. 3 2. nu. 43. Ex quo habes, quam facillimè possit in hac materia, adeò periculi obnoxia, (cum semper ultra, & in peius progrediēdi aditus pateat) transitus fieri ad mortale, posito quod talis peccati malitia nonnisi venialis putetur: quod clarissimè patet ex occasionum propinquitate, & circumstantiarum, quæ haud difficiliter addi possent, ex quibus, vel additis, vel immutatis, deterior fieret culpa. Vbi reducenda sunt ea quæ transi-
tum à veniali ad mortale, passim à DD. dicuntur inducere. Pro qua re vide Sanchez in summ. lib. 1. c. 5. audiatur sic S. Bernardus in Matth. 19. *Ecce nos reliquim.* Ante medium ait. *Nemo repētē fit turpissimus, & vix aliquis in hunc affectum nequitiae, nisi praua consuetudine pertransiuit,* &c. S. Isid. de Sap. lib. 2. c. 23. *Nequissimum est peccare; peius est peccandi consuetudinem facere;* mora peccandi, immanitatem facit sceleris. Vnde

*Propheta. Vœ, inquit, qui trahitis iniqutatem
in funiculis vanitatis.... Et Psal. Prolongaue-
runt iniqutates suas. Dominus iustus, &c.*

267 Et hæc de toto opere, præcisissimis alijs,
quæ adduci possent argumētis. Quod uti-
nam sit ad laudem, & gloriam Vnius, &
Trini Dei; & Deiparæ Mariæ Virginis ab
omni labo immunis; & pedibus Sanctæ
Romanæ Ecclesiæ subiectum, omni breui-
tate, qua potui, relinquo. Multa enim ela-
borata, silentio damnata manent, iam
propter breuitatem; iamque suspicionem
oppositionis cauens, nè præsumptio oria-
tur, me aliquam contradictionem suscita-
re; quod cedit in maiore breuitate, ut sic
Lectori dicam cum S. Bernardo circa fi-
nem Apologiæ. *Facio itaque quod vis, & di-
mittio, & sermonem brevio, præsertim quia
utiliora sunt pauca in pace, quam multa cum
scandalo.*

L A V S D E O.

I N.

INDEX R E R V M,

Per paragraphorum numeros :

A

A B assuctis non sit passio. non semper. Paragrapho, & numero 228.
Æ qualitas in ornatu, in Republica, mala. 63.
Apostolorum præcepta, sunt à Deo. 94.
Auctores, qui videntur oppositi doctrinæ hic traditæ, probatur quod non sunt. à 229 ad 254.
S. Augustinus quid de his sentiat. à 99. ad 101.

B

S Birgittæ reuelationes ad rem. 47. 49. 53.
146. 269.

C

C Haritatis præcepto non fractio formaliter,
potest frangi aliud. 108.
Charitatis præceptum quomodo sit finis legis?
109. 110.

Ca-

I N D E X

Caetanus non opponitur in aliquo doctrinæ
hic traditæ. 12. & seqq. probatur præcipue
à 201.ad 228.

Comatus vir. 103.

Consuetudo, quæ affert mortem animæ, non ex-
cusat. 62.

Consuetudo, & multitudo, quid ex iure valeat?
86. & seqq.

Legi, & rationi cedit. 94.

D

Doctores omnes præceptum Diuinum
circa ornatum cognoscunt. 89.

Illi, qui de intentione curant, sicut D. Tho-
mas; quomodo intelligendi? 169.

Aliquandò non bene intelliguntur ad inuicem,
vel citantur. à 196.ad 200.

Nullus oppositus huic doctrinæ. 118.

E

ELeemosynæ de superfluis præceptum. 90.
Excollaturæ non conuenit, quod positiue
dicitur de ornatu. 24. & 201. est mortal is.

Quot præceptis, rationibus, paritatibus? à
121. & seqq. & à quot Sanctis? à 154. Cö-
cilijs, & censuris? à 158. ad 194. Auctori-
bus. à 176. ad 193. quot probationibus, au-
toritatibus, & locis sacrīs. à 130. In Scrip-
tura

R E R V M.

tura non inuenitur talis abusus memoria,
quod aliquando extitisset, sed in ea quomodo
nuncupatnr ? 132.

Ex se prouocat. 172.

F

F *Amam propriam nemo potest contemnere.*
109.

G

G *Ratia deficiente, ideo semper deficit charitas, sed non ideo semper deficit gratia, quia defecit formaliter charitas, sed alia virtus; quia non omne mortale opponitur directe charitati.* 108. & seqq.

H

H *Ispania aggrauata in particuli, temporaliter, & spiritualiter, propter ornatum. 78.82.259. cuius flagella praesentia.*
120.

I

I *M pudicitia; quid sit?* 140. *datur in ornatu, seu libido.* 27.67.68.
Indifferens non manet, quod legi obijcitur. 91.

In-

I N D E X

- Indifferentia specifica in actu.* 25.
Intentio opinantis non saluat. 5.
Intentio operantis, quid, & quando excuset. à
5.ad 17.54. & seq. 79. & seq. 176.
Non est de ratione scandali. 6.
In facto, vel est, vel supponitur. 97.
Implicita reducitur ad explicitam. 98.

L

L *Eges ad rem.* 80.

M

- M** *Aritatæ apud viros solum excusantur.*
à 99.ad 104. vide 151.
Materia parua in ornatu. 181. & seq.
Modestia ab Adamo in ornatu. 15.
Mortale à veniali distinguere, quam difficile?
266.
Mulieres velare caput tenentur. à 99.ad 103.

N

N *Obilis pauper non ornandus pretiosè ex
alieno.* 28. & seq.

O

O *Pinio contravia, an detur circa conclusio
nes huius operis?* à 195. usque in finem,
& 259.

R E R V M.

¶ 259. præcipue contra primam conclusio-
nem. 57.

Opinio, ut sic. 5.

Auctores, qui de ea agunt. 20. eius securitas.
16.

Ea data, non ideo est probabilis, sed exami-
nanda. 20. ¶ seqq.

Ornatus pretiosus superfluus, lethalis. 58. ¶
seqq. ¶ 73.

Talis opponitur modestia. 72.

Bono communi laedit. 81.

Illijs effectus mali. 27. 219. ¶ seqq.

Ornatus quid sit? 24.

Pretiosus indifferens est. 26. ¶ seqq.

Pertinet ad quatuor virtutes cardinales, ¶
ad veritatem, ¶ charitatem. à 32. ad 40.

Ornatus pretiosus nouus, lethalis. 41. ¶ seqq.

P

Pauperum necessitas aggrauat superflua-
tem ornatus pretiosi. 90.

Præcepsum de ornari est negatiuum. 95. vide
circa præceptum. 24. 41. 67. 68.

Pretiosum, quid sit in Scriptura. 30.

Probabilitas quid? ¶ quid intrinseca? 16. ¶
18. §. 1. ¶ seqq. ¶ 19.

Probabilitatis probabilitas. 17.

I N D E X

Q

Qualitas ornatus non attenditur, sed periculum ruinae. 260.

Mala, vel bona in opere, accidit scandalō. 7.
& seqq.

R

Religio Seraphica quid de excollatura,
foco, & capillatura aliena sentiat? 166.
Prædicatorum, & omnes, qui doctrinam Angelicam sequuntur, idem debent sentire de excollatura, & alijs in hoc opere affirmatis illatiue. 167.

Societas Iesu idem supponit. 171.
Reipublicæ remedium, particulariter obligat particuliari. 83.
Res licita non est facienda cum scandalō. 10.
Reuelationes ad rem. 147. vide verb. S. Birg.

S

Scandali definitio. 5.

Et granitas. 54.

Cum eo nihil est faciendum. 22.

Scandalum in sumptibus ornatus. 66.

Et venereum. 67.

Scandalum opponitur charitati. 111.

Actuum

R E R V M.

Actuum per accidens, id est præter intentio-
nem. ibi. & 115.

Scandalum sumit gravitatem ab occasione.
173.

Scandalo accedit peccatum alterius. 75. 104.
145.

Scriptor quomodo ledat. 4.

Syracusanum Edictum ad literam. 163.

Superfluum ad nihil bonum. 90.

T

TEmperantia respicit charitatem. 110.

De ea, & eius partibus præcepta. 95.

Testes, qui physice, & moraliter probant totam
hanc doctrinam. 259.

S. Thomas quam consuetudinem, & cur excusat? à 99. ad 102. eius doctrina in toto hoc
opere sequitur. 112. 167. & seqq.

Et Caietani. vide verb. Caiet.

V

Veniale saltem peccatum esse ornatum, in
conclusionibus expressum, ab omnibus
conceditur. 263. & seq.

Sæpe fit mortale, quomodo? 273. usque ad
finem.

Vestis manicata, & caudata. 55. & seq.

Virtus specialis, speciali peccato opponitur.

110.

vi-

I N D E X

Vitium, & virtus in ornatn quomodò? 31.

Vsuræ digressio. 18. §. & seqq.


Vxor, quia talis, non excusatur publicè. 69. &
seqq. & 75.

Z


Zelus Prælatorum, & obligatio circa orna-
tum. 154. & seqq. vide 139.

Prohibuit nuditatem pictam. 159.

F I N I S.









44

203

4.916